bellicum. ḍỏ tan ra, ḍỏ quang ra, idem. tantải: *espalhar*: dispergo, is. rãc, geo, idem.

tàn lửa: *faiscas de fogo*: fauilla, æ. tàn bay lên: *aleuantarse as faiscas*: scintillas in altum tolli.

tàn hŏa: *murcharse a flor*: marcescere florem. héo, idem.

tàn Chúa: *o sombreiro da Chùa ou Rey que gouerna em Tonquim*: vmbella Regis regnum administrantis. nam vmbella Regis illius qui vocatur, Bua, dicitur tán ḍua.

tấn, nhà tấn: *caza de hũ Rey da China que queimou os liuros de confusio*: familia illius regis Sinensis qui libros Confusij combussit.

tán, khánh tán: *festas dos pagodes*: festa superstitiosa idolorum. tán chebụt: *sombreiro do pagode*: vmbella idoli. tán ḍua: *sombreiro do bua*: vmbella buæ. vide tàn.

tán của ra: *desperdiçar o fato*; profundere opes, dissipare rem domesticam.

tôn, idem.

tấn si²: *o terceiro grao de letrados subindo*: literatorum tertius gradus ascendendo. qui ad hunc gradũ peruenit, eximitur ab omnibus tributis & oneribus publicis tam ipse quam eius filij. qui vero secundum tantum gradum attigerunt qui dicitur. huo-ng cóũ, ij etiam liberantur ab oneribus publicis & tributis, sed non eius filij. denique qui solum primum gradum sunt adepti qui dicitur, sinh đồ, ij liberantur à quibusdam oneribus viliorib̃us vt à remigis officio aut baiuli & similibus, at non à scribendo, & alijs nobiliobus officijs.

tấn, đem đi: *leuar*: fero, fers. tấn thực: *leuar de comer a pessoa graue*: deferre cibum primariæ personæ. tấn cho ḍua: *leuar ao bua*: deferre buæ cibum.

tản, đi tản, đi một người một nơi: *ir cada hũ por seu caminho*: diuisim vnumquẽque itinere suo progredi.

tận, hết: *acabarse*: finio, is. tận thế, hết thế: *acabarse o mun-*

o mundo: finīre mundum, finem mundi adeſſe.

tạn: *chegar*: pertingo, is. nuớc đã tạn gỗ: *agoa iá chega ao pao*: pertingit iam aqua ad lignum. tạn mây: *até as nuuens*: vſque ad nubes. tạn blờ i: *atè o ceo*; attingit cælum. đến cho tạn: *chegarſe iunto*; accedere itaut attingat.

tang, đề tang đề tặc: *porſe de dò por morte do pay ou may não rapando a moleira &c*: luctum inſtituere pro morte Patris aut Matris, quo tempore viri pregma, ſeu partem capitis anteriorem non radunt, mulieres autem partem capillorum abſcindunt, præcipuè pro pro morte mariti. trũ tang: *tres annos de dò pollo pay e pollo marido, no qual tempo não he licito cazar e fazem outras ſuperſtiçoẽs aos taes mortes*: luctus anni tres pro patre aut marito, in quibus non licet ipſis celebrare nuptias, alias etiam ſuperſtitiones pro illis defunctis exequuntur. chũa trũ tang liền tang: *fazer certas feitiçeiras, peraque nos tres annos do dò os que morrerão não leuem outros apos sy de ſua caſa, e ſe dentro daquelle tempo morre outro deſenterrão o primeiro, e não enterrão o ſegundo nem lhe fazem os conuites acoſtumados pera não morrerem outros*: veneficia quædam tempore luctus fieri ſolita, ne defuncti alios ſecum trahant ad mortem. quod ſi quis ex cõſanguineis eo luctus tempore moriatur corpus defuncti effodiunt, & mortuum de nouo ſepulturæ non mandant nec ſolitis conuiuijs illius mortem celebrant neſo tè alius item conſanguineus moriatur.

tăng, đi tu: *fazer ſe bonzo*: ſacrificuli munus aſſumere.

tăng ni, sãi vãi. *bonzo e bonza*; ſacrificulus, & ſacrificula.

tầng, vid tờng.

tàng, nói cho tỏ tàng: *fallar claro*: dilucidè loqui. melius tuờng.

táng, nhà táng: *cazinha ſobre a ſepultura ou de madeira ou de papel*: domunculæ quædam ſuprà ſepulchrum erecta, ſiue lignea illa ſit

bellicum. ḃở tan ra, ḃở quang ra, idem. tantải: *espalhar*: dispergo, is. rãc, geo, idem.

tàn lửa: *faiscas de fogo*: fauilla, æ. tàn bay lên: *aleuantarse as faiscas*: scintillas in altum tolli.

tàn hŏa: *murcharse a flor*: marcescere florem. héo, idem.

tàn Chúa: *o sombreiro du Chùa ou Rey que gouerna em Tonquim*: vmbella Regis regnum administrantis. nam vmbella Regis illius qui vocatur, Bua, dicitur tán ḃua.

tấn, nhà tấn: *caza de hũ Rey da China que queimou os liuros de confusio*: familia illius regis Sinensis qui libros Confusij combussit.

tán, khánh tán: *festas dos pagodes*: festa superstitiosa idolorum. tán chebụt: *sombreiro do pagode*: vmbella idoli. tán ḃua: *sombreiro do bua*: vmbella buæ. vide tàn.

tán của ra: *desperdiçar o fato*; profundere opes, dissipare rem domesticam.

tôn, idem.

tấn sĩ: *o terceiro grao de letrados subindo*: literatorum tertius gradus ascendendo. qui ad hunc gradũ peruenit, eximitur ab omnibus tributis & oneribus publicis tam ipse quam eius filij. qui vero secundum tantum gradum attigerunt qui dicitur. hương cống, ij etiam liberantur ab oneribus publicis & tributis, sed non eius filij. denique qui solum primum gradum sunt adepti qui dicitur, sinh đồ, ij liberantur à quibusdam oneribus vilioribus vt à remigis officio aut baiuli & similibus, at non à scribendo, & alijs nobilioribus officijs.

tấn, đem đi: *leuar*: fero, fers. tấn thực: *leuar de comer a pessoa graue*: deferre cibum primariæ personæ. tấn cho ḃua: *leuar ao bua*: deferre buæ cibum.

tản, đi tản, đi một người một nơi: *ir cada hũ por seu caminho*: diuisim vnumquẽque itinere suo progredi.

tận, hết: *acabarse*: finio, is. tận thế, hết thế: *acabarse o mun-*

tor tormenti bellici aut fiſtulæ ferreæ, tạõ dồi sũ, idem.

tă̂p, nhỏ tâm tă̂p: *muito pequenino*: paruulus valdè. nhỏ tă̂p tă̂p, idem.

tă̂p, tă̂m tă̂p: *lauar todo o corpo* abluere totum corpus. rữa, dicitur de parte corporis.

táp: *tormenta*; tempeſtas, atis. bão táp: *tufão, vento grande que corre os rumos*: ventus ingens in circuitum furens. is non naues ſolum in mare demergit, ſed & arbores è terra euellit. gió idem.

táp, ă̆n táp: *comer carne crua ou mal aſſada*: carnem crudam aut ſemiuſtulatam comedere.

táp, chạy táp đi: *fugir, por-ſe em cobro*. fugere, recipere ſe in tutum.

tạp, gỗ tạp: *madeira colhida fora de vès que apodrece facilmente* immaturè ſectum lignum quod facilè putreſcit.

tạp ă̆n tạp: *comer carne, ou peixe, ou ouos, ou qualquer couſa da que não comẽ os pa-*

godentos nos ſeus ieiuns: cainẽ piſces oua aut aliquid ex ijs comedere à quibus abſtinẽt Ethnici in ſuis ieiunijs, quæ vocant ằn chay. ố tạp: *couſa ſuja*: ſpurcus, a, vm. do, idem.

tập: *enſayarſe pera algũa couſa*: exercere ſe ad aliquid. tập bă̆n sũ: *atirar com eſpingarda ou peça de artilharia à barreira pera adeſtrarſe*: fiſtulam ferream aut tormentũ bellicũ explodere ad exercitiũ. tập ngựa: *amançar o cauallo*; domare equum. tập cŏê̂n: *adeſtrar os ſoldados*: exercere milites ad pugnam. tập voi: *amançar o elephante*: cicurare elephantem.

tă̆t lữa: *apagar o fogo*; extinguere ignem.

tă̆t, đi tă̆t: *ir por atalho*: breuiori via incedere. nói tă̆t: *fallar compendioſamente*: ſuccinctè loqui. giáng tă̆t: *recopilar o cateciſmo* cõpendio cathechiſmum docere.

tă̆t nghì: *morrer*: mori. tă̆t hơi, idem.

tă̆t gió đã tă̆t: *ceſſou o uẽto*: ceſſauit ventus. đã lạng, đẽ.

tát nuớc: *botar agoa, como de embarcação ou tanque pera esgotala*: eijcere aquam vt è naui, palude, & similibus, donèc exhauriatur. tát nuớc chọ cạn, idem. gậu tát nuớc: *certo instrumento à modo de cesto piqueno feito de hambàs bem tapado com pes ou charão, e com este se bota agoa das embarcações de Annam*: instrumẽtum quoddam in modum ciſtæ paruulæ ex canis indicis contextum & benè compactum piceque aut ſandaracha linitum, atque hoc inſtrumento è nauigijs maioribus regni Annam exhauritur aqua.

tất, bít tất: *meyas ou botas*: tibialia vm. ocreæ, arum. melius miệt pro tibialibus.

tặt, nên tặt: *doença comprida*: morbus diuturnus. tặt nguyen: *doenças malignas pegajosas*: morbi cõtagioſi maligni. tặt bạnh: *peste*: peſtis. tặt phủ: *doença de lazaro*: morbus elephantiacus.

tàu: *nao, nauio grande*: nauis. đáõ tàu: *fazer nauio*: nauem condere.

tàu voi: *estrebaria de elephantes*: ſtabulum elephantium. tàu ngựa: *estrebaria de cauallos*: ſtabulum equorum.

tàu, mực tàu: *tinteiro de carpenteiro pera botar linhas*: atramentarium fabri lignarij quo lineas in ligno ipſe producit.

tàu nhà: *certa taboa no remate do telhado iunto as beiras*: tabula quædam in termino tecti iuxtà imbrices.

tạu, mua: *comprar*: emo, is. tạu thuyền: *comprar embarcaçam*, emere nauigium.

tâu: *palaura de cortesia com que se falla ao bua*: verbum vrbanitatis quod præmittitur cum quis buam alloquitur. tâu bua vạn tüê: *Vossa Alteza viua dès mil annos*: Rex in æternum viue.

tạũ vide tạõ.

tẩũ, vide tóũ.

tebặt cá: *certa rede de pescar*: rete quoddam ad piſcandum.

tê chên: *pè dormente*. ſtupidus pes. ſic, tê mẽnh: *ter o corpo carregado*: ſtupidus, a, vm.

tê; *aquelle outro*: ille alius.

oũ tê: *aquelle outro Senhor*: ille alius Dominus. oũ kia, idem. in prouincijs meridionalibus dicitur te, pro kia.

tè he: *descuberto, mal composto*: seminudus, a, vm, vel incompositis vestibus indutus.

tê gêy cho bàng: *aparar o papel pera que fique igual*: resecare cartam vt fiat æqualis. tê sắch, idem.

tê: *sacrificar*: sacrifico, as. tê lễ đức Chúa blòi: *sacrificar a Deos*: sacrificium offerre Deo. đomma tê quỉ: *sacrificar ao diabo*: litare diabolo, defunctis &c. vắn tê: *rotolo em que vay escrito o nome do diabo aquẽ se offerece o sacrificio*: schedula in qua conscriptum est nomen dœmonis cui litatur.

tê ngựa, chạy ngựa: *correr a cauallo*: equitando currere.

tê: *botar algũa cousa com a mão, ou cõ o pè*: proijcere aliquid manu aut pede. tê nước: *botar agoa com a mão*: projcere aquam manu. tê càu lên: *dar rechaço na pela com o pè*: repercutere pilam pede. nước tê bẽào thuyền

saltar agoa na embarcação: exilire aquam in cymbam.

tẽ, gạo tẽ: *arròs ordinario*, oriza communis prout distinguitur ab ea quam lusitani, pulò, vocant.

tẽ, hát tẽ: *cantar mal*: infulsè canere.

têu: *lançar as sortes cõ duas caixas*: sortes dare iectis duabus monetis æneis. têu sấp: *cairẽ as caixas ambas com as letras pera baixo*: sortis monetas ambas decidere literis infrapositis, aut solo adhærentibus. têu ngửa: *cairem com as letras pera riba*; sortis monetas ambas decidere literis in parte superiori patentibus.

têm blâu: *concertar o betel*; cõcinnare foliũ, quod lusitani, betel, vocant, ad edendũ.

tên: *nome*: nomen, nominis. danh, idem. tên là đí gì: *como se chama*: quomodo vocatur? tên là gì, gọi là gì, idem. đặt tên: *por o nome*: imponere nomen. tên xấu: *ruim fama*; nomen malum. mất tên *perder o credito*: fidẽ seu authoritatem amittere.

tên:

tên: *seta*: sagitta, æ. mẽ tên: *ferro da seta*: sagittæ ferrum.

tép, cái tép: *cameroẽs pequenos*: gãmari paruuli. tom nhỏ, idem.

têt: *festa do anno nouo* recentis anni festum. ăn têt bangày: *festejar com banquetes os tres primeiros dias do anno nouo* celebrare conuiuijs triduum recentis anni têt năm: *fazer festa com conuite ao primeiro mestre cada hũ na sua arte o quinto dia da quinta lua*: celebrare conuiuium primo magistro quem tiem iu vocant quinta die quintæ lunæ, vnusquisque iuxta artem quam profitetur. solent etiam tunc magistris viuis & parentibus alijsque superioribus deferre munera. têt ai: *dar presente de comer e beber a alguem nessas festas*: munera esculentorum dare diebus illis quos têt vocant.

tẹt, blái rẹt: *fruita mangrada*: adustus inclementia cæli fructus, vel vredine.

tha, kháe: *diferente*; alius, a, vd.

tha: *perdoar*: dimitto, is, parco, is. thạ tội tha vạ: *perdoar os pecados e castigos*: dimittere peccata & pœnas.

tha *leuar a aue ou animal algũa cousa na boca ou nas vnhas*: exportare ore aut vngubus ab aue aut alio animali aliquid raptum chim tha rác lam tổ. *leuar a aue no bico as palinhas pera fazer o ninho*: asportari paleas rostro ab aue ad nidum conficiendum. con mèo tha chuột: *o gato leuar o rato na boca*: asportare à fele murem in ore.

tha thổi tha: *cheirar mal*: fœteo, es.

tha, thịr tha: *dor que vem de se coçar, de frio &c.* dolor proueniens ex fricatione, frigore &c.

thả *soltar alguem que está preso*: soluere aliquem à vinculis, nam de auibus alijsque animalibus dicitur thả.

thà: *antes*: præstat. thà chết chẳng thà chối đạo: *antes quero morrer, e não negar a ley*: feram potius mortem, non feram negare legem.

thà, thạt thà: *homem*

de verdade: verax, cis.

thả: *largar aues ou animaes que eſtão preſos*: ſoluere captas aues aut animalia quæcunque, de hominibus dicitur, thả.

thả, đi thaõ thả: *ir de vagar*: pedetentim incedere, sẽ sẽ, idem.

thả, né thả *ſarjar*: ſcarifico, as. giác, idem.

thặch nhau: *apoſtar* ſponſionem facere. thặch đánh nhau: *deſafiarſe*: prouocare ſe inuicem ad ſingulare certamen. gheo nhau, idem. thặch có, bó va cho: *aleuantar falſo*: falſum in alium conijcere.

thặch, đá. *pedra*: petra. æ. fai thặch: *fazer andar bũa pedra por feitiçeria*: petram præſtigijs mouere loco. khiến tặch, idem.

thai *barriga de molher prenhe*. vterus fœminæ grauidæ. có thai: *concebeo*: concepit. chịu thai, nghén, idẽ.

thai, khỏan thai *de vagar*: lentè. sẽ sẽ, idem.

thai, cả: *o ſummo*: maximus, a, vm. thái kỳc: *o primeiro principio*: primum principium quod literati Sinenſium ponunt, nempe materiale & ſine intellectu tanquam materiam primam ex qua cælum & terra originem habeant, nullam tamen ponunt cauſam efficientem ſeu primum motorem. đức bà thái coâc lảo: *mãy del Rey*: Mater Regis Tunchinenſis. thái coâc, idem. laõ thái: *dragão grande*: magnus draco, nomen cuiuſdam regis in regno dião, cao bàng.

thay: *muito*: valdè. tốt thay: *muito bom*: valdè bonus. ỏán thay: *muito inimigos*: valdè infenſi inimici. khỏan thay: *muito clemente*: valdè clemens.

thay: *em lugar de outrem*: loco alterius. thay Chúa blòi tha tội *em lugar de Deos perdoar os peçados*: vice Dei remittere peccata. thay mặt đua Chúa: *Vizorey*: Prorex, egis thay nhau: *reueſarſe*: alternari inuicem. đổi, idem. thay nón đội mũ: *em lugar de chapeo trazer barrete*: loco galeri vti pileo. thay vì, idem.

thay thảy: *todos ſem ficar*

ninguem: omnes nemine dépto. hết thay thảy, idem. alij, hế dê thảy, vel hễ đê thảy.

thây: *corpo morto*: cadauer, is. thày ma, xác, idem.

thày: *meſtre* magiſter, tri. thày thuóc: *medico*: medicus, i. thày đạo: *pregador da ley* magiſter legis. thày phù thủy: *feiticeiro que cura os doentes com feiticerias*: veneficus qui infirmos veneficijs curare tentat. thày bói: *feiticeiro que faz profiſsão de adeuinhar*; veneficus qui diuinationibus intendit. thày đia lí: *feiticeiro que buſca ſepulturas pera fazer Mandarins*: veneficus qui terram quærit aut locum ad ſepulchrum aptum, ad hoc vt filij aut nepotes ſepulti magiſtratus obtineant. thày chữ: *meſtre de eſcola*: magiſter ſcholaſticorum. bà thày: *molher que ſabe letras*: mulier quæ literas ſinenſes nouit. đức thày: *honra que ſe dà a meſtres principaes, ou a peſſoas graues &c*; titulus honoris qui præcipuis quibuſdam magiſtris datur, vel nobilibus perſonis etiam fœminis quæ literas norunt. quan thày: *o mandarim de cada hum*: magiſtratus cui quis ſubeſt. làm thày: *fazer officio de meſtre*. magiſtri munus exercere.

thấy: *ver cõ effeito*: videre de facto, xem chẳng thấy ai: *olhei ſe via alguem, não vi ninguem* perſpexi vt aliquem viderem, vidi neminem. dicitur etiam de omnibus ſenſibus, vt. nghe thấy: *ouui*: audiui. thấy tiếng: *ſe ouue a vos*: auditur vox. ngửi thấy: *cheirar*: olfacere. đã thấy: *já achei*: inueni iã. tìm chẳng thấy: *buſqueinão achei* quæſiui & non inueni. thấy: *ſaber por experiencia*: experimento didiciſſe. thấy nó làm đữ: *tenho experiencia ſer elle de roins boſes*: expertus ſum illum peruerſi eſſ. ingenij.

thảy, vide thay thảy.

tham. *cubiçar*: appeto, is. chớ tham chẳng phải: *não cubiçaras o fato alheo*: item alienã ne concupiſcas tham lam, idem. gian tham *com engano querer leuar o alheo*: ar-

arripere velle dolis & fraudibus rem alienam. thamđôc: *dinidade pequena de mandarim na aldea*: magistratus quidam exiguus in pago. oũ tham, idem.

thăm, gưở-i mlò-i thăm ai: *mandar recados a alguem*: ſalutationes alicui mittere. đi thăm ai: *fazer viſita a alguem*: inuiſere aliquem, pro infirmis melius viêng. hỏi thăm: *preguntar nouas*: nouas nuntia inquirere. thăm tin, idem.

thăm: *ſortes que ſe tirão, ou lanção*: ſortes, quæ iaciuntur, aut extrahuntur. bó thăm: *botar ſortes*: ſortes iacere. bẻ thăm: *tirar ſortes de palinhas*: ſortes è paleis extrahere, cum illas quis manu tegens ſuam quiſque fortuitò trahit breuiorem aut longiorem. bắt thăm, bẻ găm, idem.

thâm, mùi thâm: *cor preta terrea que não tem luſtre*: color niger minimè ſplendens. áo thâm: *cabaya preta que não tem luſtre*: pulli coloris veſtis, nigra.

thâm bò ruộng: *entrar*

polla varzea do outro comendolhe o vallado: ſubripere agri alieni partem perrumpendo aggerem interpoſitũ. thâm đẽào: *entrar com perturbação*: turbas excitando ingredi. tlộm thâm: *os ladroẽs entrão* fures ingrediuntur. lỗạn thâm: *aleuantamento*: rebellio, nis.

thàm, nói thàm thàm: *fallar a puridade muito manſo*: ſecretò loqui, & demiſſa admódum voce. lo thàm thi: *cuidar conſigo*: cogitare ſecum. ngắm, gắm, idem.

thắm: *cor vermelha*: rubeus color. đỏ thắm: *carmeſim*: murex, ricis. nhẽu thắm: *touquinha carmeſim*: ſericum quoddam murice tinctum.

thẳm, đi ngay thẳm thẳm: *ir caminho direito*: recta omninò via incedere.

thãm, thương thãm thiét: *amar teneramente*: tenerè amare. yêu, mến, idem.

thẵm: *repaſſar a agoa algũa couſa*: peruadi aliquid ab aqua. thẵm nước, thâu đẽào, idem.

thậm phải *he muita razão*: valdè conſonum rationi eſt.

thậm mlớn: *muito grande*: valde magnum.

than: *caruão*: carbo, nis.

than lửa: *braſa*: carbo ignitus.

than thở: *ſuſpirar, deſabafar cõ alguem*: ſuſpiro, as, nudando ſecretũ alicui relaxare animum. than thĩ: *gemer*: gemo, is.

thân: *modo de fallar cõ peſſoa graue abaixo del Rey* titulus ſeu honor qui exhibetur primarijs perſonis infra Regem. thân oũ, thân đức oũ, thân oĩ già muon tuổi: *vitua Voſſa Eſcellencia, Voſſa Senboria muitos annos*; Veſtra excellentia, Veſtra Dominatio Neſtoreos viuat annos. tàu thưa, doũ Chúa, bạch thày, chiêng oũ. hi ſunt tituli honoris.

thân: *corpo*: corpus, poris.

thân xác: *corpo morto*: cadauer, is. đã nên thân: *già he homem*: iam virum agit.

thân, đồũ thân: *virgem*: virgo, ginis.

thân thể: *corpo viuo*: corpus viuens.

thân thích, họ hàng: *parentes*: conſanguinei.

thân thích: *certas riſcas em pao, eſpecie de feiticeria*: lineæ quædam ſuper lignum duſtæ, veneficium.

thân, khỉ: *bugio*: ſimia, æ.

giờ thân: *horæ, das tres atè as cinco depois de meyo dia* hora à tertia ad quintam poſt meridiem. vide giờ.

thân, một thân một mình tôi: *ſou sò não tenho ninguem*: ſolus ſum ego, non habeo hominem.

thăn: *lombos*: lumbi, orum.

thân thịt lợn: *lombos de porco*: lumbi porcini.

thần, tôi: *eu, vaſſalo, ſeruo*. ego, loquendo cum demiſſione, nam ſignificat etiã hæc vox clientem & ſeruum.

thần: *o diabo que chamão tutelar do lugar*: diabolus quẽ loci tutelarem vocant, is vt plurimum eſt facinoroſus aliquis ibi occiſus, aut etiam aliquod animal mortuum in eo loco, cuinque aliquid mali cuipiã ibi accidunt ſubitè putant id ab illo homine aut animali factum, & deinceps eum colunt, erigendo domũ altare &c. dantque illi titulum Regis aut Magiſtratus,

ne

ne ſcilicet ſimilę infortuniũ illis adueniat. thân kì, idem.

thân xích: *certo pao que tomão na mão os feiticeiros que curão os doentes*: baculus aut lignum quoddam quod manu apprehendunt venefici cum ægrotos curant, virtutem in eo ponẽtes baculo.

thân, thien thân: *Anjos*: Angeli. quỉ thân: *diabos*: dœmones. thân sát đánh: *esse diabo te mate*: diabolus ille te occidat. đạo lộ, thân quan đánh idem maledictũ. đom thân quan *offertas que fazem a esse diabo pera que lhe não faça mal* oblationes diabolo factæ ab Ethnicis ne illis noceat, vel in itinere, vel in alio negotio. hũ thân, vide hĩ.

thân, sao bắc thân: *a estrella do norte*. stella polaris.

thán vì: *certa taboa em que se escreue o nome do defunto pera lhe fazerem zumbaya*: tabula in qua conscribitur nomen defuncti vt illi solita reuerentia demisso in terram capite flat.

thân, đua thân oũ: *o Rey da China que dizem inuentou o arado, e cultiuar a terra*: nomen Regis Sinarum quem dicunt fuisse inuentorem aratri, docuisseque agriculturam, atque ideò illum colunt.

thân, quan đại thân: *os mandarins grandes*: magistratus supremi, tanquam præcipui Regis serui. quan tôi cả, idem. sứ thân: *embaixador*: nuntius regis.

thân lăn: *saltão como lagartixa*; piscis quidam figuram habens lâcertulæ.

thân, nọi thân: *nome odioso de Eunuco*: Eunuchi nomen, sed odiosum. vide trũ sứ, cạn.

thán, bàng than thán: *muito igual*: æquale, & valdè planum. đất than thán: *terra plaina e muito igual* planum & valdè æquale solum. phẳng, idem.

thân, lân thân: *ter muitos negocios cõ confusão*: confusè multis negotijs implicari. lân lộn, idem.

thang *escada*: scala, æ. bọc thang *degraos da escada* scalæ gradus. bắc thang lên: *por escada pera subir*: scalam

ad aſcendendum apponere.

thang, bún thang, vide bún.

thang, vi thang: *rozalgar*: aconitum, i. vi ſang, idem.

thăng, len: *ſubir*: aſcendo, is. thăng thien, len blòi: *ſubir ao ceo*: aſcendere in cælum. đốt thăng thien: *botar foguetes*; emittere igniculos furſum volantes. đốt óũ pháo, idem.

thăng, cái thăng gạo: *medida de arròs*: menſura orizæ. cái thưng, đấu, idem.

thàng: *nome com que ſe chamão os meninos, moços e gente baixa*: nomen quo vocantur pueri, famuli, & viles perſonæ. thàng đó: *menino que ha pouco que naceo*: infans recens natus. thàng nhỏ: *menino*: puer, i. o thàng kia: *è moço*: heus tu. ſao làm vậy thàng kia: *porque fiſeſtes aſsy` madraço*: nebulo cur ita feciſti. thàng ngo: *nome com que chamão aos Chinas por deſprezo*: nomen quo ſinas vocant per cõtemptum. thàng cha mãy: *filho de bũ madrago*: nebulonis fili, eſt conuitium inter ipſos graue, valdè

tamen vſitatum. thàng nãy đẽ nguoi: *eſte madraço be ſoberbo*: nebulo hic ſuperbit.

thăng đói: *cilhas de cauallo*: cingula lateralia equi.

tháng: *mes*: menſis, nempe lunaris, annus enim communis apud Annamitas habet duodecim lunationes, intercalaris vero tredecim, qui accidit ſecundo aut tertio quoque anno, quæ omnia faciunt ex computo ſinenſi. tháng no: *mes de trinta dias*: menſis triginta dierum. tháng thiẽu: *mes de vinte noue dias*: menſis dierum viginti nouem. tháng giéng: *a primeira lua*: menſis primus lunaris. tháng hai, ba: *a ſecunda, a terceira lua*: menſis ſecundus, tertius. tháng tư: *a quarta lua*: quartus menſis. reliqui modo ſolito in reliquis rebus numerantur præterquam quod non additur particula ordinalis, thứ, vt fit in alijs rebus cõmuniter. tháng chạp: *o derradeiro mes*: menſis vltimus. tháng nhüận: *o mes que ſe acrecenta quãdo o anno tem*

tre-

treze meſes: menſis qui ſuperadditur, quando annus conſtat tredecim menſibus ſeu lunationibus. tunc autem duo menſes vocantur eodẽ nomine iuxtà mathematicorum computum vt ſi verbi cauſa ſecundus menſis duplicetur, tunc dicitur, tháng hai tlươc: *o ſegũdo mes d'antes*: ſecundus menſis prior. tháng hai ſau: *o ſegundo mès depois*: menſis ſecundus poſterior. vocantur etiam menſes nomine horarum, vt tháng dần: *o primeiro mes*: menſis primus. tháng mẹu: *o ſegundo mes*: menſis ſecundus. & ſic de reliquis, vide giờ. đầu tháng: *o principio do mes*: menſis principium. mạt tháng: *o fim do mes*: menſis finis. vocant etiam primam partem menſis vſque ad decimum diem thường, à decimo vſque ad vigeſimũ, trũ, mediã. à vigeſimo demũ die vſque ad finẽ hạ, poſtremam. tháng nào *em que mes*, menſe quonam? mấy tháng này: *quantos meſes ha*: quot ab hinc menſibus?

thàng: *enteſar*: tendo, is.

thẳng thẳng, idem. thẳng dêy: *enteſar corda*: tendere funem. keó cho thẳng: *puxar pera ficar teſa*: trahere vt tenſus fiat funis.

thẳng, đi thẳng: *ide caminho direito*: recta incede via. ngay thẳng, ngay, idem.

thanh gươm: *folha de eſpada*: ferrum enſis. thanh tle: *hũ pedaço de bambù fendido*; fruſtum cannæ indicæ fiſſum.

thanh nhàn: *bemauenturança*: fœlicitas, atis. thanh vắng: *ſolitario*: ſolitarius, a, vm vắng vẻ, idem.

thanh, làm thang giả: *fingir*: fingo, is, vide thinh.

thanh đô vương: *nome proprio do Rey de Tonquim que reinaua quando a primeira vez èsla chegarão os Padres*: nomen proprium Regis Tũquinenſis qui regnabat cum primum illuc aduenere Noſtri Patres.

thành, nên: *fazer, fazerſe*: facio, is, fio fis. ſinh thành, ſinh nen: *produzir gerando*: producere per generationẽ. thien ſinh nhin, nhin thành thien: *o ceo gèra ao homem*,

eo homem prodiu ao ceo: cælum generat hominem, & homo producit cælum. prouerbium falsum Ethnicorum quo cum plebe suos tegunt errores nomine cæli intelligendo hominem.

thành: *fortaleza, ou cidade murada*: arx, vel ciuitas munita mœnibus. xây thành: *cercar a fortaleza com muro*; muro circundare arcem. thành lũy *baluarte*: propugnaculum, i.

thành hoàng, nơi thờ cua. *o lugar em que adorão o diabo a que chamão tutelar das aldeas e por isso lhe dão titulo de Rey* locus in quo adorant dœmonem quem pagorum tutelarem putant, atque ideò Regis nomine insigniunt. vide thần.

thánh: *cousa santa*: sanctus, a, vm. nên thánh: *fazer se santo*: sanctum fieri. rất thánh: *santissimo*: sanctissimus, a, vm. thanh hiền: *santo e bom*: sanctus & bonus. titulus quo suum confessum, honestant sed immeritò, quia vel ille non nouit omnis sanctitatis & bonitatis auctorẽ Deum sine quo non poterat esse sanctus nec bonus, vel si nouit & alios non docuit cũ esset magister, quomodo potest vocari sanctus & bonus?

thao: *os cordões de seda, que cingem os nobres e letrados*: funiculi serici quibus cinguntur nobiles & literati. thắt thao: *cingilos*: funiculis sericis nobilium & literatorum cingi. thío thao ra: *despilos, tiralos*; funiculos sericos quibus nobiles & literati cinguntur discingere. cởi, idem.

thío: *desmanchar alguã cousa que està pegada, encaixada*: reglutino, as. thó sắch ra *desencadernar o liuro* reglutinare librum. thaó nước ra: *abrir o tanque, ou outra cousa em que està a agoa represada, pera fazer sair*; aperire paludem aut quid simile, vt effluat aqua ibi retenta. thío dẽa: *camaras*: dissenteria, æ. thảo tóc: *desatar o cabello*. soluere comam.

thaó, cỏ. *erua*; herba, æ. thaó mọc, lang cỏ *aruores e eruas*: herbæ & arbores.

thío,

thảo, cam thảo: *àlcaçùs*: glycyrrhiſa,æ.

thảo: *honrar*: honoro, as. thảo kính cha mẹ: *honrar e reuerenciar pay e may*: honorare & reuereri Patrem, & Matrem. thaó, lảõ thảo: *dar ou tomar de boa vontade*: dare aut accipere lubenti animo & grato.

thảóc: *nelle, arròs por eſcar*: oriza cum pellicula. lúa thảóc, idem. xay thảóc: *moelo pera the tirar a caſca*: orizam molendino manuali conterere vt exuatur pellicula. sảy thảóc: *fazer vento ao nelle pera o alimpar*: vẽtilare orizam. hột thảóc: *grão de nelle*: granum orizæ.

thảóc, voi thảóc: *bramir do elephante*: vox elephantis. hổm thảóc: *uyuar do tigre*: vlulatus tigris.

thảóc, mửa thảóc: *vomitar com vehemencia*: euomere cum conatu.

thaõ thả: *devagar*: lentè, sẽ sẽ. idem.

thaõ mảnh: *cega com os olhos abertos*: cæcus oculos apertos habens.

thảõ, cải thảõ: *boyão cuberto*

to com barrigá e boca largas: diotæ ſpecies breuis, ſed ſatis lati ventris & orifici.

tháp: *torre*. turris, is.

tháp bút: *canudo em que ſe mete o pincel*: theca in qua penicilli cuſtodiuntur.

thấp, ướt: *molhado*: madidus, a, vm.

thấp *baixo*: breuis, e. noũ thấp: *lugar baixo*: locus humilis. nguòi thấp ſe: *homẽ muito piqueno*: homo valde breuis, curtus. tiểu nhin thấp á: *gente vil, de baixos penſamentos*: perſona vilis, humiles habens cogitationes.

thấp, làm thấp thỏáng: *fazer cõ pouca aplicação*: perfunctoriè operari. alij thất thỏảng.

thập, mười: *dez*: decem. thap nhị, mười hai: *doze*: duodecim. nhị thập, hai mươi: *vinte*: viginti.

thắt: *apertar*: ſtringo, is. thắt nút: *apertando o nò*: ſtringere nodum. thắt cổ chết: *apertando o pescoço matar*: ſtringendo collum occidere, ſiue per ſuſpendium ſiue per quamlibet ſtrangulationem gutturis. thắt lưng:

cingirſe fita: ſtringere zona lumbos. thắt thao, vide thao.

thắt, báy: *ſete*: ſeptem. thứ bảy: *ſeptimo*: ſeptimus, a, vm.

thắt, ſay thắt thiểu: *cambetas de bebado*: titubatio ebrij. đói thắt thiểu: *de fome*: titubatio famem patientis.

thặt: *verdade, certo*: veritas, atis, verus, a, vm. nói thặt: *fallar verdade*: verum loqui. cho thặt: *certamente*: certè, profectò, ſanè. thề thặt: *iurar verdade*: verum iurare. thề ngay, idem. thặt thà: *fiel, ſincero*: veridicus, a, vm, ſincerus, a. vm.

thau: *latão*: æs, æris. chỉ thau, *arame de latão*: æris filum. gố thau lại: *fazer obra de latão batendoo*: æris opus percutiendo conficere. lá thau: *folha de latão*: æris lamina. hàn thau: *foldalo*: æs ferruminare.

thau rau: *batel*: cymba.

thau bạt, vide bạt.

thau: *animal ou aue nem muito piqueno, nem muito grãde*: auis aut animal quodcunque nec valde paruum nec valdè magnum. chỏai, idem. gà thaú: *franga*: pullaſtra, æ. bồ thaú: *vitela, nouilho*: vitulus, i &c.

tháu, biét tháu: *eſcreuer confuſo, cõ muitas rabiſcas*: confusè ſcribere. chữ tháu, idem.

thảu, nghe thảu thảu: *ouuir atè o cabo com atenção*: attentè vſque ad finem audire.

thâu, cáp: *apanhar por força*: rapio, is. thâu đạo. tlộm cáp: *ladrão*; latro, nis.

thâu ngày thâu đêm: *todo odia e toda a noite*; tota die & tota nocte. thâu đêm tối ngày, idem.

thâu: *furar de parte a parte*: perforare ab vna parte in alteram. thâu qua hai bên, idem. nước thâu bẽào: *penetra a agoa molhando algũa couſa*: penetrat aqua madefaciẽdo aliquid thâu thành: *minar o muro*: fuffodere mœnia. thâu tu: *minar o carcere*; fuffodere carcerem. thâu, idem.

thâu, xem thâu: *adiuinhar as couſas auſentes, feiticeria*: diuinare abſencia, veneficium.

cium. thấu ḅẽào, vide tháu.

thâũ, vide thoũ.

thê ḅọ: *molher*: vxor, is.

chính thê, ḅọ thặt: *verdadeira molher*: vera vxor. ḅọ cả, idem.

the, cái the: *peça rala como de veo com que as molheres cobrem a cabeça &c*: ſericum rarum vt velũ quo mulieres tegunt caput &c. mũ the: *barrete ſeiſtauado dos letrados e nobres* pileus exagonus quo literati & nobiles Annamitæ vtuntur. thu the: *mato ralo de poucas aruores*: ſylua rara paucarum arborum. le the, idem.

the, thuóc the: *mezinha*: pharmacum, i.

the, ḅó cam the con mặt: *a caſca de larauja eſpirrar nos olhos*: inſilire in oculos ſuccum corticis mali aurei.

the, reo the thé: *dar grandes riſadas com matinada*; cachinnor, aris.

thề: *iurar*: iuro, as. ặn thề: *aiuramentarſe*: coniuro, as. thề ai: *iurar por alguem*: iurare in nomine alicujus. thề ngay: *iurar verdade*: iurare verum. thề thặt, idem. thề dối: *iurar falſo*: iurare falſum. thề giản, idem. bắt thề: *fazer iurar a alguem*: iuramentum ab aliquo exigere. thệ, idem.

thế, đòi: *mundo*: mundus, i. thế gian, thế giái, idem. kớu thế, chữa đòi: *Saluador do mundo*: mundi Saluator. tận thế, hết thế: *acabarſe o mundo*; mundi finem aduenire.

thế đ'âu: *cortar o cabello por deſprezo do mundo*: capillos tondere in contemptum ſæculi. thế tặóc, idem.

thế: *eſtribar, em algũa couſa*: inniti alicui rei. thế tau: *depender a vida da não*: dependet vita noſtra à naui. thế thặóc: *eſtribar no nelle*: inniti orizæ. cậy thế ai: *eſtribar em alguem*: confidere alicui.

thế, vide thê,

thé đàng: *repartir do caminho o que cada hũ ha de terreplenar*: diuidere viam in partes, quam quiſque aggerare aut terra complere debeat.

thể: *modo, feição*: modus, i. một thể, nhin thể: *d'hũ*

caminho fazer dous mandados: vna fidelia duos deal-bare parietes. mộtthễ: *do meſmo modo*: eodem modo. cũ ḃệy, idem. bàng thễ, ḃi bàng: *ſe poruentura*: ſi fortè. như thễ: *como*: veluti. thân thễ tốt: *bom talho de corpo*: iuſta corporis ſtatura. xấu thễ. *roim feição*: modus peruerſus. thễ nàu: *de que modo*: quomodo? thễ naò thễ nào: *de qualquer modo*: quomodocunque.

thễ thóũ: *liberal*: munificus, a, vm.

thệ, thề, vide thề, hư thệ, thề đói: *iurar falſo*: iurare falſum.

thêm: *acrecentar*: addo, is. thêm ḃẽào: *acrecentar metendo dentro*: augere intromittendo. thêm đơm: *acrecentar de qualquer modo*: ſuperaddo, is.

thềm nhà: *o pauimento que fica fora da caza ao redor pera andar de baixo das beiras*: pauimentum quod circuit domum, & tegitur imbricibus.

thèm của ẽn: *deſejo de comer alguã couſa, como as mo-*

lheres prenhes coſtumão ter: deſiderium aliquid edendi, vt fit in fœminis grauidis.

then cửa: *trauca da porta*: repagulum, i. obex obicis.

thẹn, hổ nguo-i: *ter vergonha*: verecundiâ ſuffundi.

thẹn mặt, idem.

theo: *ſeguir, ir de trás, imitar*: ſequor, eris, imitor, aris.

theo chẳng lọp: *indo apòs alguem não no alcançar*: ſequendo aliquem non aſſequi. theo ít đức Chúa blò-i: *ſeguir ou conformarſe com a vontade de Deos*: ſequi voluntatem Dei. theo ít mềnh: *fazer ſua vontade*; ſequi propriam volũtatem. theo chên bắt chuó-c ai: *imitar alguem*: imitari aliquem. theo ai, idem.

thếp: *cubrir com ouro ou com prata ou ainda com charão*: linire aut tegere auro, vel argento in folia ſubtiliſſima diducto, aut etiam ſandaracha. thếp vàng: *dourar*: inauro, as. thếp bạc: *pratear*: tegere folijs argenti tenuiſſimis ſon tthếp *charoar*: ſandaracho, as. cái thếp: o pincel com que acharoão: pe-

ni-

nicillus quo quid ſandaracha inficitur. alij phết.

thép: *aço*: calybs, ybis.

thép, ăn thép: *viuer como de eſmola ou de ſobejos de outros &c*: ſuſtentari ex eleemoſynis aut reliquijs aliorum.

thẹp: *os gomos da laranja e de outras fruitas*: particulæ aut diuiſiones interiores mali aurei aut aliorum fructuum, melius, múi.

thết: *conuidar*: inuito, as. mòi, idem. thết blậu: *conuidar com betle*: inuitare ad edendum folium quod, betle, à luſitanis vocatur, & eſt valdè in vſu. thết mlòi đãi: *offerecimentos fingidos*: verba vrbanitatis quibus aliquid fictè offertur.

thét nút: *apertar o nò*: ſtringere nodum. vide thắt.

thêu: *baſtidor, lauores na peça*: ſericum acu pictum, vel labore phrygio.

thêu, thắt thêu vide, thắt.

thẹu, cây thẹu: *romeira*: malus punica, malus granata. bláithẹu: *romãa*: malum punicum, malum granatum. thẹu tẹu, idem.

theu, vide theo.

thi: *exame de letras*: examen ad gradus literatorum. tràng thi: *caſa dos exames*: domus examinum ad gradus. nhà thi, idem. đi thi; *ir compor pera os exames*: cõponendi cauſa ad examen ire. thi: *exame no qual vence quẽ mais pode*: examen in quo potentior vincit.

thi, áo phẳng thi: *cabaya ſem rugas*: veſtis plana ſine rugis.

thí, hội thí: *exames ſolẽnes na corte pera os graos ſuperiores*: examina ſolemnia in aula pro gradibus ſuperioribus. hương thí: *exames inferiores nas prouincias pera os graos inferiores*: examina inferiora in ſingulis prouincijs pro gradibus inferioribus.

thí của cho kẻ khó khan: *dar eſmola aos pobres*: eleemoſynam pauperibus elargiri.

thí dụ: *per exemplo*: exempli gratia.

thí là thí: *coxim de ſella*: puluinar ephippij, vel ſtrati

equi ſtragulum.

thí biều: *polmão, lobinho*: tuber carneum.

thí, đau chứng thí thủ: *doença de potrozo*: carneſitas in teſticulis.

thĩ biều: *barriga enchada*: tumens venter. thĩ thủng: *furar o enchaço*: tumorem perforare.

thĩ, nói thàm thĩ: *fallar manço a orelha*: demiſſa voce ad aurem loqui. nói thàm, idem.

thĩ, than thĩ. *gemer, ſuſpirar*: gemo, is, ſuſpiro, as.

thĩ kiép nguòi ta: *os diuerſos eſtados dos homens que os bonzos tomão pera encubrir ſuas falſidades*: ſtatus diuerſi in hominum vita, quos idolorum ſacrificuli aſſumunt ad tegenda mendacia ſua, vt. nguyen thĩ: *o primeiro eſtado da geração do homem*: primus ſtatus humanæ generationis. de quo ſcilicet Thíc dixit feciſſe cælum & terrã, intelligens ſcilicet ſemen Patris & ſanguinem Matris ex quibus producitur homo quem idolorum cultores in interiori ſenſu intelligunt cũ

dicunt cælum & terram, id tamen non euulgant populo, ne amittant turpia lucra.

thĩ, tlước: *diante*; prius. vô thĩ vo chung, chẳng có tlước chẳng có ſau: *não tem primeiro não tẽ depois, ou não tẽ principio não tem fim*; principiũ non habet neque finem. hõu thĩ vô chung, có tlước mà chẳng có ſau: *tem principio mas não tem fim*; principium habet non habet finem, vt ſcilicet Angeli, anima rationalis.

thị, thặt: *verdade, verdadeiro*: veritas, atis. verus, a, vm. vide thặt.

thị, chợ: *bazar*: forum, i. vide chợ.

thị, tờ thị: *chapa que paſsão os mandarins*: literæ teſtimoniales magiſtratuum, facultatem aliquam concedentes.

thị, blái thị: *certa fruita medicinal amarella redonda e grande como hũa grande maçã*: fructus quidam medicinalis flauus rotundus inſtar magni mali. cây thị; *aruore d'eſſa fruita medicinal*: arbor cuius non ſolum fructus

eſt

eſt ſalutiferus ſed etiam cortex, fructus autem eſt flauus rotundus & magnus inſtar magni mali.

Thic ca: *Xaca*; Xaca, æ. is, primus fuit idolorum inuentor in Indijs orientalibus, natus eſt in ea Indiæ parte quam finæ thien trúc cõ̃âc vocant, patrem habuit tịnh phặn vương, matrem mada phu nhên, vxor illi fuit da du phu nhên con lí thien vương, filius eius vocabatur ca haù la. duos habuit diabolos qui illum artem magicã docuerunt Alala ſcilicet & Calala, in montibus đàn đạt vbi primum ſe recepit, cum reliquit vxorẽ poſt aliquot cohabitationis annos & ſeipsũ fecit but ideſt, idolum, ſuis præſtigijs innumeros decipiens vſque ad octuageſimum ætatis annum quo mortuus eſt in ſylua dicta, Sala, mille circiter annis ante Chriſti Domini Natiuitatem, tempore Regis Sinarum dicti đùa Chu.

thíc: *eſculpir, entalhar*: ſculpo, is, incido, is. thíc chữ đèào bia: *abrir as letras na pedra*: incidere literas in lapide.

thân thíc, họ hàng: *parentes*: conſanguinei.

thíc nguòi: *natureza oũ inclinação de cada hum*: propenſio naturalis vniuſcuiuſque. nết nguòi, tính nguòi, idem.

thíc, chẳng có thíc: *ſem vontade*: indeliberatè, abſque intentione. vô í, idem.

thíc nhau: *acotouelarſe entreſi*: cubito ſe inuicem impetere.

thíc, thân thíc: *certas riſcas*: lineæ quædam ad certam figuram rhombi ductæ.

thíc, mốc thíc: *mofo*: mucor, is.

thịc, kẽu thịc thịc: *eſtrondo de queda*: ſtrepitus ex re aliqua decidente ortus.

thích, vide tích.

thịch, vel thịc, mở ra: *abrirſe*: aperiri. vel, ſinh ra: *fazerſe*: fieri. melius tịch, vide infra.

thiéc: *callaim, eſtanho*: ſtannum, i. thien, blòi *ceo*: cælũ. i. thien đia, blòi đất: *ceo e terra*: cælum & terra. thien chủ, Chúa blòi: *Senhor do*

ceo: cæli Dominus. melius thien chúa. thien đàng, nhà blòi: *paraiſo celeſte*: paradiſus cæleſtis. melius thien Chúa đàng, nhà Chúa blòi cæli Domini domus. thien thần: *Anjo*: Angelus, i. thien hạ, dưới blòi: *de baixo do ceo*: infra cælum. ideſt vniuerſus orbis inferior. thăng thien: *fogete*: ignículus volans. thien triều, cây thien triều: *zamboeira*: malus Adam. thien văn, tu thien: *matematica*: mathematica, æ. quan tu thien: *o mandarim matematico*: magiſtratus qui mathematicæ præeſt: huius officium eſt calendarium ſingulis annis typis mãdare, eclipſes prædicere, fluuiorum inundationes & ſimilia multa, etiam alia volunt prædicere, ſed fallunrur vt plurimum. thien vien đia phương; blòi tlòn đất đuông: *o téo he redondo, a terra he quadrada, aſſy falſamente dizem os ſeus liuros*: cælum eſt rotundum, terra vero quadrata, ſic ſtolidè mẽtiuntur illorum libri.

thien, nghìn: *mil*: mille.

thien vàn thien vàn: *viuais milhoẽs de annos*: viue in æternum, verba benè precandi, valde in vſu maximè in epiſtolis.

thien môn đoũ: *eſcorcioneira*: planta quædam indica à luſitanis, eſcorcioneira, dicta.

thiền: *embarcação*: nauigium, ij. melius thuyền.

thiến: *caſtrar*: caſtro, as. gà thiến: *capão*: capo, nis. & ſic de alijs.

thieng, tính thieng lieng: *ſubſtancia eſpiritual*: ſubſtantia ſpiritualis. thieng: *virtude milagroſa*: ſupernaturalis vis, aut virtus prodigioſa. phép thieng, idem. nơi thieng: *lugar em que cuidão hauer algũa diuindade*: locus in quo putant Ethnici aliquid diuinitatis ineſſe, ſed ſtolidè.

thiéng, mòi: *conuidar*: inuito, as. thết, thiết, idem.

thiếp, tờ thiếp, tờ phép đua Chúa *prouisão del Rey*: mandatum Regium in ſcriptis. lệnh, idem. hàng thiếp câu ai: *paſſar mandado pera prender alguem*: mandatum expe-

expedire ad aliquem capiẽdum.

thiêp tính: *feiticeiro que finge ſaber ſe a alma eſtà no ceo ou no inferno*: veneficus qui fingit ſe ſcire an anima ſit in cælo, vel in inferno. & ad hoc varia facit veneficia.

thiêp: *manceba*: concubina, æ. ḅọ mọn, ḅọ lẽ, idem.

thiét, sắt: *ferro*: ferrum, i. thiét đề: *ferradura de caualo*: ſolea equi ferrea.

thiét, đặt *por, fazer*: pouo, is, facio, is. nhi thiét hư thệ, mà đặt thề dối. *per a fazer iuramento em vão*: faciendo iuramentum falſum.

thiêt: *conuidar, fazer offerecimento*; inuito, as. offero, offers. mòi thêt, idem.

thiêt, thắm thiêt: *amar muito*: diligere multum.

thiệt của: *achar ſe com menos fato*: minus habentem ſe deprehendere. mất thiệt của idem. hơn, thiệt: *o mais e o menos*: magis, & minus.

thiêu ma: *queimar o corpo morto*; cadauer igne conſumere.

thiêu phu: *o que vende lenha*: lignorum venditor. bắn củi, idem.

thiêu, ít: *pouco*: parum. thiêu ngữ, ít đều: *de poucas palauras*: exigui ſermonis.

thiêu, cá thiêu: *peixe bagre*: piſcis quædam ſpecies quam; bagre, luſitani vocant.

thiêu: *faltar*: deſum, es, eſt. sót, idem. chẳng có thiêu gì: *não falta nada*: deficit nihil. bắt thiêu: *multar aquelle que falta em algum ſeruiço*: deficiẽtem in operibus communibus mulctare. tháng thiêu: *mes piqueno que não tem mais que vinte noue dias*: exiguus menſis qui ſolum dies habet viginti nouem.

thím: *molher do tio irmão do pay que he mais moço que o pay* vxor patrui tui natu minoris quam pater tuus ſit. ḅọ chú, idem.

thìn, giờ thìn: *a hora das ſete atè as noue antes do meyo dia*: hora à ſeptima vſque ad nonam ante Meridiem. dicitur etiam ngày thìn, nam thìn tháng thìn, vide giờ.

thìn, rồũ: *dragão*. draco, nis.

thinh,

thinh, tlaõ: *limpo*: mundus, a, vm. thinh ſạch, idem.

thing tịnh: *caſto limpo*: caſtus, a, vm.

thính nhàn: *immudauel*; immutabilis, e. thinh biển: *o mar leite*; malatia, æ. lạng, idem. thing blò-i: *tempo ſereno*; ſerenum cælum.

thinh trai phù thủy: *conuidar os feiticerios pèra o iejũ dos mortos*; inuitare veneficos adieiunia mortuis faciẽda, vel potius ad edendum varia edulia ſine carne tamen aut piſce.

thinh, chuôi thinh tiêu: *ſpecie de figos da india verdes por fora, ià maduros*: ficus quædam indica extra immatura, ſed matura intus.

thinh yen: *cidra*; malum citreum.

thinh, làm thinh: *trocer o roſto pera não ouuir*; inflectere vultum in aliam partem ad non audiendum.

thinh: *fingir*; ſimulo, as. làm thinh giả ngủ: *fingir que dorme*; ſimulare ſomnum.

thinh đô vương: *o nome do Rey velho de Tonquim*;

nomen proprium Regis Tõchinenſis ſenis. t anh, idẽ.

thinh hŏa: *a Prouincia da banda do ſul antes de chegar da corte de Tonquim a Guião*: Prouincia Auſtralis reſpectu regiæ Tunchinenſis, antequam à regia ad Prouinciã nghệ an perueniatur. ex hac Prouincia tam Rex Tunchini quam Cocincinæ ſunt oriundi, alijque primarij viri quam plurimi in aulâ Tunchinenſi, & Cocincinæ.

thính, noi linh thính: *lugar que tem algũa couſa de Diuino*: Diuini aliquid habens locus. thieng, idem.

thĩng thŏảng, vô í: *ſem aduertencia*: inaduertenter, motus primo primus.

thĩnh, đi thủng thĩnh: *ir coleãdoſe com fanfarrice*: mouere collum molliter ex ſuperbia. dủ rĩnh, idem.

thịnh, hơn, tốt: *perfeita couſa em tudo*: perfectum ex omni parte. đã thịng: *ià eſtà bem*: benè iam ſe res habet. thịnh ſự: *tudo proſpero*: proſpera omnia. thịnh đầy bion: *perfeitiſſimo*: perfectiſſimus, a, vm. bọn chào lão tuyèn thịnh

thịnh sự: *a eſtes dous caſados nada lhes falta, ſaude riquezas &c:* completa & perfecta habent omnia hi coniuges, ſanitatem ſcilicet diuitias &c.

thíp: *couſa de molho ià branda*: molle quidpiam ex eo qnod in aquam fuerit immiſſum. ngăm mềm, idem.

thít tha, vide tha.

thịt: *carne*: caro, carnis. đừng thịt: *não comer carne*: carnes non edere, abſtinere à carnibus. kieng thịt, idem. mlẫm thịt: *comer carne por deſcuido*: carnem edere ex inaduertentia. làm thịt: *matar algum animal pera comer*: occidere aliquod animal ad illud edendum. thịt nài: *carne magra*: caro macra. thịt mỡ: *gorda*: caro pinguis. thịt ba rọi, vide rọi. thịt gà, thịt lợn, thịt bò, thịt tlâu: *carne de galinha, carne de porco, de vaca, de bufara*; caro gallinæ, ſuila, bouinæ, bubalina.

thịt, đất thịt: *terra pingue*: pinguis terra.

thịt. *ſom ou eſtrondo de queda*: ſonus ſeu ſtrepitus ex aliqua re decidente. aliqui thệit.

thiu: *couſa depois de cozida iá ſeidiça*: corruptum aliquid poſtquam coctum eſt, quia diù relictum, vel malè cuſtoditum. com thiu: *arròs cozido ſeidiço*: oriza cocta iam corrupta.

thô bỗ: *ruſtico mal criado*: ruſticus, inurbanus, inciuilis. quê mùa, idem.

tho của: *confiſcar os bens, tirar el Rey a renda*: fiſco addici bona, abrogari à Rege annuos redditus alicui. tho của lại: *tornar a tomar o que ſe tinha dado*: repetere quæ iam data fuerant.

tho, thơm tho: *bom cheiro*: odor bonus.

thổ lộ: *peitar*: corrumpere donis, ſubornare. thụ lộ, idem.

thó, đất thó: *barro, terræ barrenta*: argilla, æ. argilloſa terra.

thó, đánh thó: *eſgrimir*: digladior, aris.

thổ, đất: *terra*: terra, æ. đia, idem. thổ vàng: *barro*: argilla, æ. thổ chủ: *Senhor da terra*; terræ dominus, ſub

hoc nomine adorant diabolum, vel antiquos possessores illius regionis, illisque altariola erigunt in ipsis agris. thổ coũ: *outro Senhor da terra*: terræ Dominus quem intra septa domus adorant. quan đất, idem thổ kì, thieng đất: *spirito da terra*: terræ spiritus. sic vocant diabolum quem putant tutelarem loci, thần, idem. hŏàng thien hậu thổ, đua blòi chúa đất: *o Rey do ceo, e o Senhor da terra*: Rex cæli & Dominus terræ. hæc nomina vsurpant Ethnici in solemnibus iuramentis.

thổ: *lebre*: lepus, oris.

thộ lễ; *leuar peitas*: munera accipere. đi lễ *peitar*: munera dare.

thọ, lọ thọ: *achacoso*: valetitudinarius, ij.

thọ, cây thọ rọ: *aruore sem folha*: spoliata folijs arbor.

thọ mòng: *dar parabens*: congratulor, aris.

thờ: *reuerenciar*: colo, is. veneror, aris. thờ phượng: *adorar*: adoro, as. nòi thờ: *lugar de adoração, altar*: altare, ris. adorationis locus. ảnh thờ: *imagem do altar ou do oratorio*: altaris imago vel oratorij. phủ thờ: *a caza que está no paço em que o Rey faz suas ceremonias, e seus antepassados*: superstitionum domus in palatio, in qua nimirum Rex suos progenitores colit.

thở: *resfolegar*: respiro, as. nhặọc thở lam: *arquejar de cançado*: anhelare ex lassitudine, vt postquam quis multum cucurrit, vel morti proximus est. thở ra thở đẻào: *tomar folego*: spiritum resumere. than thở: *gemer. sospiro*, as. văn, thở dài, idem.

thợ: *official mecanico*: mechanicus, i. làm thợ là m thử, idem, thợ mạọc: *carpinteiro*: faber lignarius. thợ bạc: *ouriues*: aurifex, ficis. thợ rèn: *ferreiro* faber ferrarius. thợ am hiểu: *official primo que faz as obras del Rey*: artifex egregius qui regis opera perficit. thợ máy sắt: *sarralheiro*: clauicularius faber. thợ máy sử, idem. thợ may áo: *alfayate*: sartor, is.

thỏá:

thŏi: *mancebia*: lupanar, is: proſtibulum, i. con thŏi: *molher publica*: meretrix, icis.

thŏận làõ ai: *ganhar a vontade a alguem*: adipiſci animum alterius. đẹp làõ ai, idem. hŏà thŏận: *concordar*: concorditer viuere, conuenire animis.

thŏảng, vide thỉnh thŏảng.

thŏảng thậ̂p thŏảng: *por de mais*: perfunctoriè. alij thất thŏảng.

thŏát chŏúc: *no meſmo inſtante*: ſtatim, ſubitò. bóũ chŏúc, tức thì, idem. đi thŏát thŏát: *ir de preſſa, ligeiro*: velociter incedere, citato paſſu & leui. celeri paſſu & agili ambulare. đi hŏán thŏát, idem.

thŏạt, dôi: *mentira*: mendacium, ij. húy thŏạt, idem.

thóc, vide thŏóc.

thộc, cái thộc: *ſeringa*: ſyringa, æ.

thŏê, vide thüê.

thŏ̂ê, vide thüê.

thoi, cái thoi: *lançadeira do tear*: radius ſeu inſtrumẽtum textoris quo ſubtegmen

ſtamini inſeritur. thoi dệt cửi, idem.

thoi mực: *pão de tinta da China*: fruſtum atramenti Sinenſis quod ſolidum eſt, & petræ confricatum cum pauxillo aquæ liqueſcit vt ſcriptioni inſeruiat.

thôi: *baſta*: ſufficit. thôi hệt: *acabarſe*: abſoluo, is.

thòi đŏạn: *depois*: poſtea. khói một thòi: *paſſado hũ pouco de tempo*: exiguo temporis ſpatio elapſo. một gey, idem. đi đàng hai thòi ba thòi đến nơi: *fazendo dous ou tres poufos no caminho cheguei a o lugar*: paululum quieſcendo bis aut ter in itinere perueni ad locum.

thòi mùi ra: *desboţarſe a tinta*: decolorari. mùi thôi ra aó tláng: *apegarſe a tinta como da loba no iubão*: colorem vnius veſtis alteram inficere. ủ mùi, idem.

thói. *coſtume*: mos, moris. lè lŏệt, phép, idem. thói nước ngườ̀i: *coſtume dos eſtrangeiros*: mos exterarum gentium. theo thói: *ſeguir o coſtume*: conſuetudinem ſectari.

thôi: *feder*; fœteo, es. hôi hám, idem. thối tha: *fedorento*: fœtens, ntis. lúa thôi: *perderſe a ſeara por lhe entrar muita agoa e a cubrir*: putrefieri orizam in agris ob niniam aquam irrumpentem &c. hư đi, idem.

thổi, gió thổi: *o uẽto aſſopra*; flat ventus. thổi lửa: *fazer fogo aſſoprando*: inſufflando ignem accẽdere. thổi com: *cozer arròz*: coquere orizã. cíc com, idem. củi thổi: *lenha pera queimar*: ligna ad comburendum. thổi kèn: *tanger gaita, frauta &c*: inflare tibias. thổi xũy đ'òũ: *atirar com zarauatana*: ſando iaculari zarbatanâ. xũy hiệu khí: *tanger a trombeta*: inflare tubam. thổi bễ: *vſar dos folles de ferreiro*: follibus fabri ferrarij vti.

thơm: *dar bom cheiro*; odorem ſuauem emittere. thơm tho, idem. hương thơm: *perfumes*: ſuffitus, vs.

thơm, rau thơm: *hortelãa*: mentha, æ.

thôn làng: *hũa parte da aldea em que eſtà bom numero de cazas iuntas, e como a-*

partadas das outras da meſma aldea: pars notabilis domorum ferè vnitarum inter ſe, & à reliquis eiuſdem pagi domibus ſeparatarum.

thỡ: *dèſde*: ex quo, tù, idem. thỡ bé: *dèſde menino*: à tempore pueritię. thỡ xưa: *dèſde o tempo antigo*: antiquitus, ab antiquo, olim. alij khỡ, vel khüỡ, vel etiam thüỡ.

thốt, nói: *ſallar*: loquor, eris máng thốt: *agaſtarſe de palaura*: verba iracundiæ proferre.

Primus igitur tonus eſt æqualis, qui ſine ulla uocis inflexione pronunciatur, ut ba, *tres: quod ita uerum eſt, ut etiamſi quis aliquem interroget per uocem,* chang, *quæ eſt æqualis, ut* có chang, *eſt ne; nullo modo debeat inflectere uocem interrogando, quia uox interrogatiua,* chang, *nullo notatur accentu, quod ſi inflecteretur uocis tonus, tunc eſſet alia ſignificatio: uoces itaque huc æqualem habent tonum, nullo notantur accentu; & hoc eſt ſufficiens illarum diſtinctiuum ſignum, cùm omnes aliæ ſuum accentum habeant.*

Secundus tonus eſt acutus, qui profertur acuendo uocẽ, & proferendo dictionem, acſi quis iram demoſtraret, ut bá *concubina Regis, uel principis alicuius uiri.*

Tertius eſt grauis, & profertur deprimendo uocem, ut bà, *auia, uel Domina.*

Quartus eſt circumflexus, qui exprimitur inflectendo uocem ex imo pectore prolatam, & poſtea ſonorè eleuatam, ut bã, *colaphus, uel colaphizare.*

Quintus uocatur ponderoſus ſeu oneroſus quia cum quodam pondere ſeu onere ex imo pectore prolata uoce exprimitur, & notatur cum iota ſubſcripto ut bąres *derelicta.*

Sextus

Sextus denique dicitur lenis, quia cum leni quadam vocis inflexione profertur, ſicuti cum interrogare ſolemus, itane? & ſimilia; & idcirco ſigno illo interrogatiuo pro accentu notatur vt, bì *quoddam ſericum apud Tunchinenſes coloris lutei vel crocei.*

Ex his patet eamdem ſyllabam, bà, *pro diuerſitate accentuum res diuerſiſſimas atque omninò diſparatas ſignificare, quod idem in alijs vocabulis Tunchinenſibus euenit; quamuis enim non omnes accentus ſingulis vocibus aut ſyllabis conueniant, rarò tamen euenit vt aliqua vox plures non admittat accentus, cum ſignificatione diuerſa; nunquam tamen in eadem voce ſimul inueniuntur multi accentus, ita vt ſimul ſint notandi varij in eadem voce, quia variatio accentuum ſecum affert etiam variationem vocum & ferè ſemper etiam ſignificationum.*

Hos autem ſex accentus ad noſtræ muſicæ tonos ſic accommodare poſſumus vt aliquam cum illa, videantur habere proportionem verbas voces vt, dò, *pedica;* rẹ, *radix, in pronunciatione cuiuſdam Prouinciæ;* mĩ, *nomen cuiuſdam familiæ;* fa, *vel* pha, *miſcere;* sô, *catbalogus;* lá, *ſolium; ita vt ex his vocibus etiam in lingua Tunchinica ſignificatiuis, per ſex tonos linguæ Tunchinenſis,* dò, rẹ, mĩ, pha, sô, lá, *poſſimus referre aliquo modo ſex tonos noſtræ muſicæ, non tamen ita exactè, quin magna interſit differentia; quare nullus iſtos tonos addiſcere poterit, niſi ab aliquo qui linguam benè calleat, illos per ſeipſum audierit ſæpius, vt illis aſſueſcat: Quinque igitur ſunt accentuum notæ quia tonus equalis non indiget nota vt diximus.*

Tribus etiam alijs ſignis ſupra vocales vtimur, omiſſis alijs quæ minùs neceſſaria viſa ſunt, ne ſignorum multitudo in typis confuſionem pariat primum eſt accentus circumflexus Latinorum, quem a tres vocales adhibemus â ê, ô. *ſignumque tale adhibetur quando illæ vocales ſubobſcurè pronunciari debent, ore ſilicet minus hiante, vt,* ân, *ſygillum:* mên *mollis:* ôm, *infirmus: quando tale ſignum non adhibetur ſuper has vocales,*

ſignum

ſignum eſt illas clara voce hiantique ore debere proferri, vt an, *quies*: em, *Frater, vel Soror, iuniores*: hòm, *arca; nullumque ſignum ad hoc eſt neceſſarium, nam ſufficit carentia ſigni.*

Secundum ſignum eſt nota breuis ut ſit in arte quantitatis verſuum ſeu pœtices & ſimiliter adhibetur ad tres vocales ă, ĕ, *&* ŏ: *vt* tăóc, *capillus*; dĕa, *pelis*; tŏa, *ſtatuere*: *& ſolùm breuiſſimè tangi ur litera cui adhibetur illa nota itaut propriè ſyllaba, & accentus pertineat ad vocalem ſequentem.*

Tertium denique ſignum eſt apex, qui in hac lingua eſt omninò neceſſarius propter differentiam terminationis, quam facit apex omnino diſtinctam à terminatione quam facit, m, *aut*, n, *cum ſignificatione omninò diuerſa in dictionibus, quibus adhibetur; hoc autem ſignum ſeu apex ſolùm afficit* ō, *&* ū, *in fine dictionis, ut*, aō, *apis*; oū; *auus, vel dominus: pronunciatur autem ita, vt nec labia ſe inuicem contingant, nec lingua palatum attingat.*

Tandem vt aliquam notitiam demus de partibus orationis de illis ſingillatim agemus, quantum hoc idioma permittit, ex quadam proportione cum lingua Latina: facilè tamen quis aduertet non poſſe aſſignari tantam uarietatem, non ſolum vt eſt in lingua Latina, ſed neque vt in vulgaribus Europæis.

De nominibus.

CAPVT III.

QVamuis in hac lingua quædam dictiones ſemper ſint nomina, ſemper nominum ſignificationem retinentia, & nunquam ad aliam ſignificationem deflectentia, niſi nominis, vt, blo-ì, *cœlum*: d'ât, *terra*: ngu-ò-i, *homo*: *& ſimiles. Aliæ tamen ſunt quæ ſunt indifferentes vt ſint nomina vel verba, quæ ex orationis contextu dignoſcun-*

gnoſcuntur vt cheò, *remus* , I, *remigo* : *nam ſi dicam* , thuiền nầy cò hai cheò, *cymba hæc habet duos remos* ; *eſt nomen* : *ſi vero dicam*, tòi chèo thuiền nầy, *ego remigo cymbam hanc* , cheò *tunc eſt verbum* , *idem de ſimilibus dicendum* : *plurale & ſingulare ex adiunctis antecedentibus & conſequentibus colligitur* ; *neque enim in nominibus ſunt vllæ declinationes* , *vel numeri* , *vel caſus* , *aut etiam vllæ differentiæ generum maſculini* , *aut fœminini* , *aut etiam neutrius* : *poſſunt tamen hæc omnia ex quadam analogia ad noſtras explicari linguas* .

Et primò quidem declinatio caſuum in vtroque numero, tam plurali , *quàm ſingulari dignoſci hoc modo poteſt* , *vbi vox*, thàng, *puer declinatur*

NVMERVS SINGVLARIS.

Nominatiuus , thàng nầy, *puer iſte* : *genit.* cha thàng nầy, *pater pueri huius*: *datiuus*, cho thàng nầy áo, *do puero huic veſtem*: *Accuſ.* keo thàng nầy, *voca puerum hunc*: *Vocat.* ơ thàng kia, *ò puer ille* : *Ablat.* bở y thàng nầy, *à puero hoc* .

NVMERVS PLVRALIS.

Nominatiuus nhữ ng thàng nầy, *omnes pueri iſti* . *Genitiuus* cha hai thàng, *pater duorum puerorum* . *Datiuus* cho nón ba thàng *do galerum tribus pueris* . *Accuſ.* dạy các thàng, *doceo omnes pueros* . *Vocat.* ơ bốn thàng kia, *ò quatuor illi pueri*. *Ablat.* bở i các thàng, *ab omnibus pueris* .

De caſibus hoc paradigma ſufficiat : *de numeris verò ſunt alij dignoſcendi modi* . *Primus per particulas* , *quæ additæ nominibus faciunt plurale*, *vt* chúng, nó, ngữ n, *vel* dữ ng: *hæ omnes particulæ adduntur pronominibus* , *vt* toi, *ego* mầy , *tu*: nó, *ille*: chúng toi, *nos*: chúng mầy, *vos*; chúng nó, *illi* . *ſic etiam* nhữ ng, *vel* dữ ng, *adduntur tribus perſonis* ; *at* nó *ſolùm pri-*

mæ, & ſecundæ vt, mố tôi, *nos*: mố bay, *vos*: mố mây, *non eſt in vſu pro ſecunda perſona plurali*: chúng mây, *verò rarò, cuius loco ſæpius dicitur*, chúng bay, *vos*; *vel etiam*, bay, *ſolùm etiam ſignificat plurale*, *vos ſine vllo addito*: *interdum addunt ur ſimul duæ ex illis particulis*, *vt*, chúng mố tòi, & *ſignificat*, *omnes nos*.

Ta, *habet ſignificationem ſingularis*, *cùm quis loquitur cum inferioribus modeſtè*, *vt*, ta nói cũ bay; *ego loquor vobiſcum*: *interdum eſt plurale*, *primo additis particulis*, chúng, *vel*, mố; *vt*, chúng ta, *nos*: *ſecundo addito aliquo numero plurium vt*, ba ta, *nos tres*: *tertio quando ſunt multi æquales ſimul*, & *vnus loquitur cum omnibus ut*, ta đi cũ nhau; *nos eamus ſimul*: *quarto ex vocabulis antecedentibus & conſequentibus vt vſus docebit*. *item* Ta, *poſt vocabulum*, người, *homo*: *facit plurale*, ng ười ta, *homines*. *ſic etiam poſt*, tổ tũ, tổ tũ ta, *progenitores noſtri*.

Phò, *eſt particula numeri pluralis*, *ſed cum honore*, *vt* phô oũ, *Domini*: phò bà, *dominæ aptè additur* nhữ̃ng phó oũ, *omnes Domini*.

Kẻ, *facit plurale varijs nominibus additum*, *vt*, Kẻ quê, *ruſtici*: Kẻ mọn, *plebei*, *vel infimi*: tôi là Kẻ mọn, *ego ſum inter infimos*, *iſtud*, kẻ, *ſolùm de hominibus dicitur cum aliqua depreſſione*.

Secundus modus dignoſcendi plurale eſt quando apponuntur aliquæ particulæ vniuerſales, *vt* cõ̂n, các, mọi, nhêu, muôn, hết. *vt* cõ̂n Chúa, *milites regis*: các thầy, *omnes magiſtri*: mọi ngày, *omnes dies*, nhèo người *multi homines*: muôn vật, *decem millia rerum*, *ideſt*, *omnes res inferiores*: đi hết, *ite omnes*.

Tertius modus; *res quæ ſignificant ſpecies aut genera rerum viuentium*, *etiam nulla addita pareicula trahẽnte ad plurale*, *ſignificant plurale vt*, gà, lơn, & *ſimilia*: mua gà, lơn, *emere gallinas*, *porcos*. *ſic* muàng chim, cây cối, hõa quả *&c*. *ſic*

quando

quando duo nomina ad idem aut ſimile pertinentia coniungun-tur ordinariè intelliguntur in plurali vt, anh em, *Irmaos*: chi em *Irmaas*, *cætera vſus docebit*; *è contra ſingularia ex oppoſi-tis regulis dignoſci poſſunt*.

Hic tamen valdè notandum ex antecedentibus & conſequen-tibus, multa nomina fieri, vel ſingularia, vel pluralia, ea enim quorum vnuſquiſque ſolet habere ſuum, ſi multiplicetur ſubie-ctum habens multiplicantur etiam res quæ habentur, ſi verò ha-bens ſeu poſſidens, ſit in ſingulari, etiam res habita eſt in ſingu-lari vt, chém đâù no, *amputa caput illius, illud* đâù, *caput eſt in ſingulari, quia*, nó, *illius, eſt in ſingulari: ſi verò di-catur*: chém đâù ba nó, *amputa capita trium illorum, hæc eadem vox*, đâù, *in ſe inuariata, fit pluralis, quia addita eſt vox*, ba, *tres quæ facit plurale ſubiectum habens*, ba nó, *trium illorum & ſic de ſimilibus*.

Tandem nomina ex adiectiuis abſolutis ſeu poſitiuis fiunt comparatiua aut ſuperlatiua per additionem aliquarum parti-cularum; vt comparitiuum per additionem, hơn, *magis*; *vel* hơn nữa, *magis adhuc*: *vt* tot, *pulcher*; tot hơn, *magis pul-cher*: tot hơn nữa, *adhuc magis pulcher*: hŏa nây tôt hơn hŏa kia, *flos hic pulcher magis flore illo*. lành; *bonus*: lành hơn, *magis bonus*: lành hơn nữa, *adhuc magis bonus: at*, hơn nữa, *ponitur ſemper in fine orationis*; *vt*, blái nây lành hơn blái no, blái Kia lành hơn nữa, *fructus hic eſt magis bonus fructu iſto, fructus ille adhuc magis bonus. Interdum ex ſola interro-gatione, abſque vlla addita particula, intelligitur comparati-uum vt*, hai nguơi nây nguơi nào lành, *ex duobus homini-bus his quis homo bonus? ideſt, quis melior? ſuperlatiuum ex-plicatur per duas particulas*, cực, & rứt; cau, *altus*: rứt, cau, *altiſſimus*: mlớn, *magnus*: cực mlớn, *maximus*: thánh, *ſan-ctus*; rứt thánh, *ſanctiſſimus*: rứt *eſt magis in vſu ad res bonas extollendas*, cực, *ad res malas exaggerandas*, toi cực trão, *peſsatum maximum; ſic etiam*, cực, *per ſe ſolùm, vel*, cực lào, *ſigni-*

significat maximam miseriam, vel oppressionem cordis vt, tôi đã cực, *ego iam perueni ad summam miseriam*: tôi đã cực là ồ, *ego iam sum in extrema cordis oppressione*.

Aduerbia quibus vtuntur ad aliquid exaggerandum sunt, lám, ráp, giagiét, thay, *significant, valde, semper postponuntur, vt* tốt lám, *pulcher vel bonus valde*: xấu, *malus*; xấu ráp, *malus valdè*: mlớn, *magnus*: mlớn giagiết, *magnus valde*: lành, *bonus*: lành thay, *bonus valdè*: *semper autem postponuntur hæ partitulæ, interdum etiam adduntur duæ ad magis exaggerandum, ita tamen vt*, thay, *semper debeat esse vltimo loco, aliæ verò sibi inuicem, vel præponantur, vel postponantur ad libitum, vt* cao, *altus*: cao lám thay, *altissimus*: giagiét, *interdum est particula admirantis, & aliquando sola illa particula profertur, nullo alio addito ad explicandam admirationem, alicuius excessus*.

De Pronominibus.

CAPVT IV.

PRimitiuorum pronominum est magna copia pro diuersis gradibus & differentijs hominum.

In prima namque persona qui sunt valdè superiores respectu inferiorum vtuntur voce, tao, *ego*: *vt pater cum filijs, dominus cum famulis, vir etiam cum vxore vtitur hac voce*; *sic etiam cum quis alium paruipendit, vt pueri inter se*, tao khiến mây, *ego præcipio tibi*: *sunt enim ferè semper correlatiua* tao, *ego*: & mầy, *tu*: *at cum quis irascitur alteri vtitur voce*, tó, *ego*: nguoi, *tu*: tó làm chi nguoi, *ego quid curo te?*

Moderatior est locutio superioris cum inferiori cùm dicit, ta, *vel*, qua, *ego*: *vt dux cum militibus*, ta nói cũ bay, *ego loquor vobis*; *Ad plurale, nos, vtuntur particulis*, chúng, &, mó, *vt*

vt in alijs nominibus ſupra notauimus. Min, *ego; nemo tamen illo poteſt vti niſi aliquem præeminentiæ gradum habeat præ illis cum quibus loquitur, & cum ijſdem particulis* chúng, & mó *fit plurale.*

Tòi *ego, eſt communis modus loquendi quo quis loquitur cum ſuperioribus quibuſcumque, quamuis iuxtà diuerſitatem ſuperioritatis alia ſint addenda, ſaltem cùm quis incipit loqui: nam cum illo ſupremo, quem in Tunchino vocant.* Bua, & *eſt Rex, vel Imperator antiquus, qui ſolum habet titulum & nomen, cum quibuſdam præeminentijs; cùm inquam, aliquis cum illo loquitur, ſemper ſaltem initio debet addere,* tâu bua vạn tũế, *ideſt loquor cum Rege cui expeto decem mille ætatis annos, ſeu, Rex in æternum viue & reſpondet titulo, Veſtra Maieſtas, ſi verò quis loquatur cum Rege qui regnum adminiſtrat, aliquanto inferiori exordio loquitur ita tamen vt eumdem faciat ſenſum:* dọũ Chúa muân nam *& reſpondet titulo, Veſtra Altitudo, at cum principibus viris vt filijs* Regis, *vel gubernatoribus Prouinciarum dicitur,* thân đức oũ muân tuổi; *& idem ſignificat cum proportione gradus, & reſpondet titulo, Veſtra Excellentia; & iſto ſolum titulo vti ſolent qui cum Rege Cocincinæ loquuntur: cum ſupremo Magiſtro rerum ad* Religionem *pertitium dicitur,* bạch đức thày: *& reſpondet titulo Veſtra Paternitas. Denique cum quibuslibet alijs ſuperioribus infimi gradus, vel etiam cum æqualibus eſt paſſim in vſu,* tôi chièng oũ: *& reſpondet titulo, Veſtra dominatio: cum magiſtris qui docent literas eſt etiam in vſu,* chièng thày, *& cum alijs quibuſlibet magiſtris, etiam artium mecanicarum, diſcipuli cum magiſtro loquentes vtuntur hoc eodem titulo: at cum magiſtris ad* Religionem *pertinentibus expertus ſum peritiores vti titulo,* thưa thày, *etiam in confeſſione Sacramentali quod reſpondere poteſt titulo, Veſtra Reuerentia. additur tamen, vel omittitur ad libitum vox,* tôi, *humilitatis, qua ſeruum me illius profiteor, cum quo loquor, cùm aliquis ex titulis ſupradictis oratio-*

nis

tioni seu locutioni præponitur, nam in illis titulis sufficienter subauditur: Rusticus tamen aut superbus omninò haberetur qui non præmisso conueniente titulo cum aliquo superiore auderet loqui, saltem in orationis principio; sæpe etiam cum locutio est prolixior, iterum repeti debet idem titulus, vt vrbana sit locutio, quod etiam seruatur cum æqualibus, maximè quando viri graues inter se loquuntur.

Loco pronominum primitiuorum in prima persona sunt etiam in vsu multa nomina appellatiua; sepè namque superiores cum inferioribus vtuntur proprio nomine quo vocari solent cum familiariter loquuntur ut, Ioannes đi có việc, *ego eo ad negotium: vel etiam nomine officij vt,* thày *magister;* hạọc tlò, *discipulus:* thày bảu hạọc tlò, *ego moneo te; siue ego magister moneo te discipulum, sic etiam est valdè in vsu pro prima persona, vt quis vtatur nomine, quo eminet in consanguinitatis gradu, vt patris cum filijs,* cha, mẹ, anh, chị, chú, bác, ỡ, bì &c. *sic quando introducitur Beata Virgo loquens cum Christo Domino poterit seruato decoro vti voce,* mẹ, *Mater pro prima persona vt,* mẹ theo con; *mater sequitur Filium; ideſt, ego Mater sequor te Filium & quamuis Rex Tunchini loquens cum propria Matre vtatur voce,* tôi, *quæ significat seruum, tamen Christus Dominus si introducatur loquens cum Virgine Matre, congruentius vtetur nomine,* con, *Filius, in prima persona vt,* con nói cũ mẹ, *Filius alloquitur Matrem, ideſt, ego Filius alloquor te Matrem. cùm enim sit Deus non videtur conueniens, vt seruum se fateatur, dum loquitur cum creatura, quamuis illa sit Mater; potius iudicarem Virginem Matrem si Tunchinica vsa fuisset lingua, vsuram fuisse voce,* tôi, *ancilla, cum loquuta fuisset cum Filio Deo; quamuis non incongruum videretur si vsa fuisset vocabulo,* mẹ, *Mater: loquens familiariter & priuatè cum Filio; id tamen totum peritioribus iudicandum relinquo.*

Notandum præterea hæc ipsa nomina consanguinitatis esse in

vsu

vſu etiam pro externis & alijs qui talem conſanguinitatem non habent, nam vir cum vxore loquens, vel quilibet alius cum alijs paulò inferioribus vtitur voce, anh, *frater natu maior*: *vxor tamen cum viro loquens ſemper debet vti voce*, tòi, *ancilla*. *Mulier quælibet cum paulò inferioribus loquens vtitur voce*, chị, *ideſt*, *Soror natu maior*: *ſic dicendum de alijs nominibus ſupra relatis*, cha, *Pater*: mẹ, *Mater*: *& ſic de reliquis quibus ſuperiores, vel ſeniores vtuntur reſpectu inferiorum, vel iuniorum*.

Primitiuum ſecundæ perſonæ in ſingulari eſt ſolum, mày, *tu*: *hac autem voce non licet vti niſi cum valdè inferioribus, vel cum pueris loquendo*: *cum ſenibus vero non licet etiamſi ſint valdè inferiores gradu, vt famuli, ſed nomine illorum proprio vtendum vt Petrus, Ioannes & ſic præcipiendo dicitur, Petrus* làm việc éy, *Petrus faciat opus illud*. *vir cum vxore poteſt vti voce*, mày, *abſque iniuria, melius tamen vtetur voce*, em, *ideſt Soror natu minor, vel* bạu, *ideſt ſocia*. *his autem vocibus*, em, *&*, bạu, *modeſtè vtimur cum omnibus inferioribus etiam famulis at cum Chriſtianis externis maximè ſi ſint prouectæ ætatis, homines vocamus*, oũ, *Domine*; *mulieres*; bà, *Domina*: *adoleſcentes*, hặọc tlò, *ſtudioſe*: *puellas*, con, *Filia*: *at voce*, con, *quæ ſignificat tam Filium quam Filiam*: *vtuntur indifferenter Pater, & Mater, cum Filijs amanter loquentes*. *ſolos pueros licet vocare nomine illis impoſito ab infantia, quod vocant*: tên tọuc, *alijs enim eſſet contumelioſum, quomodo alij vocandi ſint paulò poſt dicetur*. *imò ſi ſint pueri nobiliorum nullo modo vocandi ſunt hoc nomine, niſi forte à Patre, vel Matre*; *quin etiam in domo nobiliſſimorum, vt principum & ſimilium, non licet vſurpare illud ipſum nomen etiam ad alia occurrentia*: *vt quia quædam Gubernatrix exempli cauſa habuit ab infantia nomen*, tiền, *quòd monetam ſignificat, non licet in domo illius, neque extra domum, eius domeſticis vti nomine*, tiền, *ſed debent dicere*, tỏàn; *idipſum reuerentiæ genus debent*

ſeruare Filij cum parentibus, etiam infimæ ſortis.

In plurali vero vox, bay, *vos, eſt in vſu paſſim cum inferioribus ſi ſint ſubditi, vt dux cum ſuis militibus loquens, vel magiſter cum diſcipulis, vel etiam herus cum famulis; nos tamen cum noſtris domeſticis vtimur potius vocibus*, anh em, *fratres: cum aliquid præcipimus, vel illos in communi alloquimur; ſic duces, vel alij ſuperiores in plurali loquendo cum beneuolentia, vtuntur vocibus maioris honoris quam illa communis*, bay, *ſit; vt* cũên, *milites;* blai, *iuuenes &c. ſic* Rex *cum ducibus ſuis loquens dicit nomen officij vt*, chu' tuó-ng, *duces: & tunc non vtitur voce*, tau, *ego, cum ſuperbia; ſed*, ta, *ego, cum moderatione.*

De alijs honoribus qui adhibentur ad reuerentiam perſonæ ſuperioris, cum qua loqui debet aliquis, iam dictum eſt in prima perſona. Notandum tamen magnam eſſe variationem in nominibus quibus quis eſt interpellandus: nam primo quidem ſi aliquis ſuperior vt Dux, aut magiſter & multò magis Rex *nomen alicui impoſuerit vocatur*, ten quan, *nomen honoris, quod vt plurimum conſtat duabus literis Cinicis, vt* kieu louc, phù dũ, mâu tài, *& ſimilia: cùm autem hoc nomen ſit honoris quilibet ſiue inferior ſit ſiue ſuperior, illo alium compellare poteſt, ac inferiores erga Superiores addunt vocem* oũ, *Domine, vt* oũ mậu tài *&c. ſic cùm quis adoleſcens habet fratrem natu minorem, vocatur nomine fratris ſui addendo*, cả, *ideſt maior; vt ſi frater minor vocatur* trục, *ipſe vocabitur*, cả, trục, *ſi verò habet nepotem ex fratre maiore, vocabitur*, chú trục: *ſi nepotem habeat ex Sorore*, cậu trục: *ſi Filium eo nomine vocatum habeat dicetur* cha trục. *ſi Nepotem ex Filio aut Filia ipſe iam dicitur* oũ trục, *& ſic proportionaliter de fœminis dicendum. at quilibet inferiores familiares poſſunt alloqui ſuos ſuperiores vtendo abſolutè nomine*, cha, *Pater: &* mẹ *Mater: vt famuli & famulæ cum ſuis heris communiter loquuntur: ſic Chriſtiani nobiſcum familiariter loquentes vtuntur nomine*, cha, *Pater: ſæpius*

pius tamen utuntur nomine, thày, *magiſter*. *nomen*, anh, *Frater natu maior*, *eſt magni honoris atque illo paſſim utuntur inferiores cum ſuperioribus potiùs ætate quàm dignitate, ſic etiam Filij cum Patre lequentes vix vocant*, cha, *ſed*, *vel*, anh, *vel*, chú, *ideſt Frater minor Patris*; *vel*, cậu, *Frater Matris*: *& hoc nomine*, cậu, *cum honore uocantur communiter Eunuchi Regis aut Reginæ niſi illi ſupremam aliquam habeant dignitatem*, *tunc enim uocantur nomine illi dignitati competenti*, *& reliqui omnes in dignitate conſtituti nomine ſuæ dignitatis ſalutantur*. *Tunchini*, oũ chũ-âng, *eſt nomen commune honoris in ſecunda perſona pro quolibet in aliqua inferiori dignitate conſtituto*: *at in Cocincina ſoli Filij aut Fratres aut proximè conſanguinei Regis hoc afficiuntur honore*. *Filius Matrem uix uocat nomine Matris*, mẹ, *ſed*, *uel uocat*, chị, *ideſt Soror natu maior*; *uel*, cô, *ideſt Soror Patris*; *uel*, dì, *ideſt Soror Matris*, *quod fortè aliqua ſuperſtitione non caret*, *maximè pro pueris teneris*, *cùm ſic à parentibus iubentur*. Bác, *ideſt patruus Patre natu maior*, *eſt in uſu cum ſuperioribus etiam magnis*, *modo non ſint ſupremæ alicuius dignitatis*; *eſt etiam in uſu pro fœminis grauioribus*, *non tamen ſupremæ dignitatis*, *nam*. *Mater Regis uocatur* đức lão: *Regina dicitur* Chúa bà; *Filia Regis*, bà Chúa. *reliqua uſus docebit*.

Denique cum multos ſimul cum reuerentia alloqui uolumus, *utimur particula pluralis numeri*, phô, *ut*, phô oũ, *Domini*: phô bà *Dominæ*: *uel dominationes ueſtræ*.

In tertia perſona pro inferioribus utimur particula, nó, *ille*: chúng nó, *illi*: *at pro æqualibus*, *& multòmagis Superioribus*, *repetitur nomen honoris illius perſonæ*. *ut aliquam dignitatem aut præeminentiam illius ſignificemus*: *uox*, người, *ſignificat*, *ille*, *cum honore*, *ut* con người, *Filius illius &c*, *cùm tamen loquimur de Deo Patre*, *aut de Spiritu Sancto*, *aut de tota Sanctiſſima Trinitate*, *non poſſumus uti illa uoce*, *quæ hominem ſignificat cum honore & dignitate*, *ſed debemus repete-*

re ipſummet nomen, ſeu perſonam de qua loquimur ut, con Chúa blòi, *Filius Dei: ſic etiam dicendum de Angelis. Quoad plurale in tertia perſona idem quod ſupra de nominibus; uel etiam quod de ſecunda perſona dictum eſt, debet etiam applicari tertiæ perſonæ.*

Reciproca ſui, ſibi, ſe, explicantur per uocem, mình, *ut*, ai néy lo lự mình *unuſquiſque curat res ſuas uel certè repetitur idem ſubſtantiuum ut*, cha lo việc cha, con lo việc con, *Pater curat negotium Patris Filius curat negotium Filij: cum enim* mình *propriè ſignificet corpus, non nisi pro rationalibus habentibus corpus uſurpari propriè poteſt, ideſt pro ſolis hominibus.*

Demonſtratiua hic, hæc, hoc, nầy: *iſte, iſta, iſtud*, nầy: *is, ea, id*, ấy, *uel*, nọ *ille, illa, illud*, ấy, nọ: *ille alius*, kia; te *uero in aliquibus prouincijs ut*, đàng nọ đàng kia, *illa uia, illa alia*: việc nầy việc nọ, *negotium hoc, negotium illud, ideſt uaria negotia*: oũ nọ, oũ tê *Dominus ille & ille alius ſemper poſtponitur hoc pronomen ipſi nomini*: nó *ſignificat etiam ille cum contemptu de animatis, loco cuius honorando dicitur*; người; *de ſolis hominibus. illa eſt autem differentia inter*, nẹ, &, nó, *quod* nọ *cenſetur eſſe in recto, uel in eodem caſu cum ſubſtantiuo, cui additur: at* nó *additum & poſtpoſitum ſubſtantiuo, intelligitur eſſe in genitiuo caſu: ut* nhà nọ, *domus illa: at* nhà nó, *domus illius habet uim pronominis poſſeſſiui, utuntur enim primitiuis in obliquo pro poſſeſſiuis, ut* cha toi, *Pater meus, ac ſi dicatur, Pater mei*; cha mày, *Pater tui, ideſt Pater tuus: cùm enim non habeant caſus, è duobus ſubſtantiuis quod poſtponitur intelligitur eſſe in genitiuo.*

De

De alijs Pronominibus.

CAPVT V.

NOn *datur propriè relatiuum* qui, *quæ*, *quod*, *ſed præponendo nomen & ex oratione paſſiua faciendo actiuam vt*, mày đặọc ſách, *tu legis librum. ſi dicam*, ſách mày đặọc, *ideſt liber à te lectus*, *ſiue liber quem tu legis*: nó làm viậc, *ille facit opus*: *ſi dicam*, viậc nó làm, *opus ab illo factum*, *vel opus quod ille facit*: *& ſic de reliquis*. *Colligitur etiam ex modo loquendi*, *& pro hominibus eſt in vſu vox*; ai, *maximè quando non eſt interrogatiua & additur particula* thì, *hoc modo*, ai múân thì làm, *qui vult is faciat*: ai có cơm thì ặn, *qui habet coctam orizam is edat*. *in plurali verò dicitur*, Kẻ, *vt*, Kẻ có tài thì hặọc, *qui habent ingenium illi diſcant*. ai, *&* Kẻ, *ſolùm dicuntur de hominibus*: *at tam in hominibus quàm in alijs eſt in vſu*, nào, *vt* bò nào béo thì mạnh, *bos qui eſt pinguis is eſt fortis*: thàng nào lành thì dễạy, *puerum qui eſt bonus ſiue bonæ indolis*, *hunc doce*: áo nào dài thì tốt, *veſtis quæ eſt oblonga*, *illa eſt pulchra*; *reliqua de relatiuis vſus docebit vt*, Cha chúng tọi ở tlèn blờ-i, *Pater noſter qui eſt in in cœlis*. *&* lạy Cha chúng toi ở-tlên blờ-i. *Pater noſter qui es in cœlis*.

Interrogatiuum, ai, *quis pro hominibus tantum*; *vt*, ai nói, *quis loquitur? in plurali additur* nhữ-ng, *vel* dữ-ng, *vt*, nhữ-nh ai làm, *quinam fecerunt? Vniuerſaliter verò tam pro hominibus quàm pro alijs rebus*; nào, *poſtpoſitum ſubſtantiuo eſt in vſu*, *vt* nhà nào, *quæ domus?* viậc nào, *quod negotium?* thằng nào, *quis puer*, *vel quis? cum contemptu*: ngườ-i nào, *quis homo? cum honore*.

Ai, *poteſt ita declinari pro interrogatiuo quis*, *vt Nominatiuo* ai đến: *quis venit? Genitiuo*, áo ai: *veſtis cuius? Datiuo*,

cho

cho ai: *datur cui?* *Accusatiuo* keo ai: *vocas quem?* *Ablatiuo*, đi cũ ai: *is cum quo?* *In plurali verò addi possunt particulæ*, nhữ̃ng, *vel* dữ̃ng.

Ai, *interdum quando postponitur verbo, significat, aliquis, vt*: có ai đi cũ, *est ne aliquis simul?* ai là ai, *vel*, ai nấy, *quicunque*: ai là ai muốn thì làm, *quicunque vult faciat*: ai nấy nghe thì thương, *quicunque audit, miseretur*.

Nào, *sæpe postponitur vt*, nhà nào, *quæ domus? & ordinariè est in recto, vel potius in eo casu in quo est substantiuum, cui postponitur, atque ita hæc potest assignari differentia inter* nào, *&*, ai, *quod*, ai, *postpositum semper est in obliquo vt*, nhà ai *cuius domus?* nào, *vero minimè, vt*, nhà nào, *quæ domus? at* nào, *quando præponitur significat interdum, vbi est, vt*, nào sách, *vbi est liber?* nào thàng áy, *vbi est puer ille? interdum etiam, interrogando negat id esse quod quæritur*, nào có, *vbi est? idest non est*: nào có mlẽ gì, *quænam ibi est ratio? idest, nulla est ratio*.

Quid, vt, quid est hoc? cái nấy là đi gì? *ad quid*, làm chi, *vt*, đi đấng ấy làm chi? *quare, vel ad quid itur hac via?*

Quot, mấy, *vt*, mấy người? *quot homines? vel*, bao nheo, *vel*, bao deo, bán bao nheo? *quanti vendit? Istud*, bao, *additur ad interrogandum de omni specie quantitatis, siue continua, siue discreta; vt*, bao mló nè *quantum magnus?* bao cao, *quantum altus?* bao sâu, *quam profundus?* bao dài, *quàm longus?* bao giờ, *qua hora, sine quando? & sic de cæteris, quæ facilè vsus docebit*.

Quantumlibet, bao nheo bấy nheo: *quandocunque*, bao giờ bấy giờ: cho tôi bao nheo gạo, thì tôi blả bấy nheo bạc: *quantum orizæ mihi dederis, tantum argenti tibi soluam*.

Interrogatiuum de substantia rei, đi gì, *vel* gì, *vt*, muốn đi gì, *quid vult?* có việc gì, *quod negotium habet?*

Interrogatiuum finis, làm chi, *vt*, đi đàng kia làm chi,

quare

quare itur illa alia via ? vel intentionis vt, ſấy làm ſao, *quale fuit intentum ?*

Interrogatiuum modi vt, cách nào thể nào, *quomodo, qua ratione*. việc ấy làm cách nào, *illud negotium quomodo fit ?*

Interrogatiuum cauſæ, cớ ſao, *vel* cớ nào, nhin ſao, vì ſao, í ſao : nhin ſao, *ordiuariè præponitur toti propoſitioni, vt* nhin ſao đức Chúa blòi ra đòi, *quam ob cauſam Dominus cœli natus eſt in mundo. alia etiam poſtponuntur, vt* Chúa chịu cớ ſao, *Dominus paſſus eſt qua de cauſa ?*

Bao nả, *quomodo vales ? quomodo tecum agitur ? ſic etiam*, nả, *ad alias interrogationes eleganter ſuperadditur, vt*, có việc gì nả, *eſt ne aliquod negotium ?* thàng ấy ở kẻ nào nả, *puer ille cuias eſt ? cætera de interrogationibus vſus docebit.*

De Verbis.

CAPVT VI.

Numerus & perſona verborum colligitur ex pronominibus ſuperadditis vt, tôi iêo, *ego amo* : mày iêo, *tu amas* : nó iêo, *ille amat* : chùng tôi iêo, *nos amamus* : chúng bay iêo, *vos amatis* : chúng nó iêo, *illi amant. debent tamen ſeruari regulæ honoris de quibus ſupra cum de pronominibus. Tempus dignoſcitur ex quibuſdam particulis adiectis.*

Præſens non neceſſario habet particulam adiectam, interdum tamen habet, vt, tôi mạc việc bay giờ, *ego occupor negotio nunc.*

Præt. imperfectum, hôm qua tôi mạc chép thư, nói chẳng đượ*c heri occupabar ſcribendis literis, loqui non poteram.*

Præt. perfectum, đã về, *iam rediit*: đã nói, *iam loquutus eſt.*

Plus quam perfectum, hôm kia khi oũ đến đã chép thư đoạn:

nudius

nudius tertius cùm veniſti, epiſtolas iam ſcripſeram.

Futurum, sẽ đi, *ego ſtatim ibo.*

Item intelligitur præteritum præſens, vel futurum ex ipſo loquendi modo, vt ſi res aliqua iam peracta eſt & de illa quæritur, ai làm, *quis fecit? benè intelligitur præteritum, & ſi actu ſit intelligitur præſens. ſi faciendum, futurum.* bao giờ, *præpoſitum verbo facit futurum vt*, thày bao giờ đi, *magiſter quando ibit, poſtpoſitum verò indicat præteritum vt*, thày về bao giờ, *magiſter quando rediit. interdum etiam indicat præſens, vt colligitur ex modo loquendi ex antecedentibus, & conſequentibus.* xem thấy oũ bao giờ thì tói mâng, *quando te video tunc lætor.*

Modi etiam ex quadam proportione intelliguntur, nam indicatiuus eſt quando perſona cum verbo abſque alia particula ſuperaddita coniungitur vt, toi đi, *ego eo.*

Imperatiuus quoque colligitur ex ipſo loquendi modo, vt, mầy đi cho cháõ, *itoſtatim. particula*, đi, *addita cuicunque verbo facit imperatiuum vt*, chèo đi, *remiga*: hãọc đi, *addiſce: taliſque modus non eſt in vſu niſi cum inferioribus: idem dic de verbis*, ra, & đĕaò, *quæ ſignificant egredi & ingredi, nam addita alijs verbis quæ ſignificant actionem per ingreſſum, vel egreſſum faciunt imperatiuum vt*, léy áo ra, *affer veſtem, ſeù extrahe veſtem, ſeu afferendo veſtem exi.* cất sách đĕào, *reconde librum, ſeu recondendo librum ingredere. ſic particula imperantis eſt*, hãy, *vt*, hãy làm việc này, *fac hoc negotium. particulæ prohibitiuæ ad imperatiuum pertinent vt*, chớ, đừng, *ideſt, ne. vt*, chớ đi, *ne eas:* đừng làm, *ne facias: particula* mựa, *ne, minus eſt in vſu, quamuis ſit ſatis elegans loquendi modus*, mựa hễ nói dối, *nullo modo mentiaris: canibus, ne mordeant, ſolent dicere* mựa, *& ſæpius idem vocabulum repetere, ita vt canes ibi aſſuefacti illis vocibus à morſu abſtineant*; khŏan đã, *expecta:* dựom, *vel*, dựo m đã, *expecta*: khŏan đã nao, *cur non expectas? cum quadam*

queri-

querimonia, quod non fiat quod petitur, nunquid expectabis?

Optatiuus exprimitur per particulas, chớ gì, *vtinam*. chớ gì tôi kính mến Chúa trên hết mọi sự, *vtinam amem Dominum super omnia*.

Coniunctiuus fit additis varijs particulis vt nếo, *si* nếo hặọc thì biết, *si didiceris tunc scies*. có, *etiam habet eamdem vim vt* có đi thì đến. *si iueris peruenies*: có tìm thì đượ c, *si quæsieris inuenies*. hoặc, *vel* hoặc là *si fortè*, hoặc, *vel* hoặc là có biết người, *si fortè nouisti hominem*. đâu, *vel* dù; dâu mà, *vel* dù mà, *etiamsi*, dù mà có tài thì phải hặọc, *etiamsi habeas ingenium debes studere*. *eleganter additur* cũ, *vel* faõ le, *tamen*: dù mà có đạo faõ le cũ phải giữ, *etiamsi habeas legem, tamen seruanda est*:

Infinitiuus modus intelligitur quando verbum absolutè ponitur sine pronomine, vt, kính mến Chúa bởi, trên hết mọi sự, *amare Deum super omnia*. *item quando duo verba connectuntur quæ diuersum habent significatum posterius intelligitur esse in infinito*, mày phải làm, *tibi conuenit agere*: tôi đi xem lễ, *ego eo audire sacrum*. *at quando verba idem significant non est necesse vt posterius sit in infinito vt*, thầy dặy dỗ người ta; *magister docet homines*.

Gerundia in di, facilè dignoscuntur ex substantiuis, vt temporis, đã đến giờ hặọc *aduenit hora discendi*. *Intentionis vt*, thàng áy có ý hặọc, *puer ille habet animum addiscendi*. *actionis, vt*, làm chẳng cũ, *faciendi non est finis*.

Gerundia in do per particulam, thì, *commodè explicantur*, an thì mới no, *edendo saturaberis*: làm thì mới giàu, *faciendo ditaberis, & sic de cæteris*.

Gerundia in dum benè explicantur per, mà, *vt*, tôi ngồi mà nghe, *ego sedeo ad audiendum: interdum etiam sub intelligitur, ut*, mầy đi làm việc, *ito ad faciendum opus*.

Idem dic de supinis in tum, mầy đi mà nàm, *uel*, mầy đi

nàm

nàm, *ito cubitum. ſupinum uerò in tu exprimitur per uoces*, nghĩ, *uel*, dễ *facilè*, khó *difficile*, nói thì dễ làm thì khó, *dictu facile, factu difficile.*

Nulla ſunt uerba negatiua, ſed ſolum fiunt per particulas negatiuas ut, chẳng, *non, in aliquibus Prouincijs*, nõ, *ſed eſt uitium linguæ*: chẳng, *ſemper præponitur quando eſt negatio ut*, chẳng có, *non eſt. ſi uerò poſtponitur cæt et accentu & eſt interrogatiuum ut*, có chang, *eſt ne?* sốt, &, đâu, *poſtponuntur & addunt uim negationi ut*, chẳng có đi gì sốt, *nihil eſt omninò*: chẳng phải mlễ đâu, *non eſt conforme rationi ullo modo*: *Particula* chốc, *uel alij* giộc, *affirmat cum quadam emphaſi, ut* phải chốc, *ita eſt omnino.*

Paſſiua propriè non dantur: *impersonale poſſumus dicere*, đoạn, *actum eſt, ut* việc nầy đã đoạn, *hoc opus iam actum eſt. Denique aduertendum, quod etiam ſupra notauimus, multa eſſe uerba quæ ſimul ſunt nomina, quod facilè ex antecedentibus & conſequentibus in oratione colligitur, ut*, chèo này dài, *remus hic eſt oblongus, tunc* chèo *eſt nomen: ſi uerò dicam*, chèo đi cho mạnh, *remiga fortiter, tunc* chèo *eſt uerbum*, *& ſic de alijs.*

Participijs hæc lingua caret eorum loco utuntur uerbo cum particulis ſignificantibus qui quæ quod ut, ai iêo, *qui amat ideſt amans*: kẻ iêo, *qui amant, ideſt amantes.*

De reliquis orationis partibus indeclinabilibus.

CAPVT VII.

Præpoſitiones ordinariæ, quæ ſunt in hac linguæ, noſtris reſpondent, ut à uel ab, bở-i; *per*, léy: *propter*, vì: *pro, idem*, vì: *loco alterius*, thay vì: *ante*, tlước: *retro*, ſau: *ſupra*, tlên: *infra*, dưới: *circa*, chung quanh: *remotè*, xa: *propè*, gần: *iuxtà*, áp: *cis*, bên nầy: *trans*, bên kia: *extra*,

ngŏài: *intra*, tlaŏ: *penes*, ở noi: *ad*, chō: *cum*, cử, cữ, ḅôi, và: *in*, ở: *circiter*, dồ: *præter*, chẳng kể: *clam*, tlộm: *palam*, tlươc mạt: *ſine, abſque*, vô, chẳng có: *ex. uel de*, bởi. *ſæpius benè intelligitur oratio abſque ulla propoſitione, ut* ḅĕào cửa, *ingredi in portum*: ra cửa, *egredi è portu*: thề Chúa blời, *iurare per Dominum cæli*. *& ſic de alijs quæ uſus docebit*.

Aduerbijs abundat hæc lingua, quæ ſæpe etiam duplicantur. *optantis*, ò *utinam*, chớ gì: *uocantis*, ơ hỡi: ơ, *præponitur*, hỡi, *poſtponitur ei quem uocat ut*, ơ *Petre* hỡi. *Interrogantis*, *quare*, ſao, nhiu ſao, vì ſao, ì ſao: *Quidita*, làm chi: *Quomodo*, làm ſao, thế nào, nhường nào, dường nào: *quomodocunque*, thế nào thế nào. *reſpondentis*, *ita affirmando ſuperioribus*, *cum honore*, dạ: *æqualibus*, phải; *inferioribus*, ưng: *confirmandi profectò*, át thật: *negandi*, chẳng, chẳng có, chẳng phải; *ſuperioribus tamen debet præmitti honor competens ut ſupra*: *dubitantis*, âu là, hoặc là: *iubentis*, hãy: *prohibentis*, *ne*, chớ, đừng: *demonſtrantis*, *en*, ấy: *comparantis*, hơn, *magis in omni genere boni uel mali*. *uelociter*, cho cháo; *ſegniter*, chậm: *pedetentim*, sẽ sẽ. *temporis*, *hodie*, hôm nay: *cras*, mai; *heri*, hôm qua &c. *loci*, *hic*, đây: *illic*, đấy. *numeri ſemel*, *bis*, một lần, *ideſt*, *una uolta*: hai lần, *due uolte*: *Ordinis primum*, thước hết, đầu hết: *poſtremò*, ſau hết: *fortè*, tình cờ, vô í: *ſicut*, như, như bàng: *ſimiliter*, cứ ḅậy, *uel* cữ ḅấy: *aliter*, khác. *Quantitatis multùm*, nhều, *uel* dều: *parum*, ít: *ſolùm*, mà thôi: *ordinariè* thường, *uel* thường lề: lien, *ſemper*: *ſæpe etiam nominibus utuntur pro aduerbijs ut*, ban ngầy, *interdiù*. ban đêm, *noctu*: ban mai, *manè*: ban hòm, *ſerò*, *ueſperè*.

Interiectiones, *gaudentis*, mầng hể: *dolentis*, thương hể, khó hể, cha ôi, hĩ oi: *miſerentis*, hại hể *plangentis*, hỡi hư hư *irridentis*, hệ hê. *Notandum quod in hac natione planctus inſtituunt pro defunctis*, *in quibus eſt enumeratio eorum*, *quæ ad lacrymas mouere poſſint*, *adhibito quodam rithmo*, *& uoce*

flebili, cum intercalari interiectione, ôy; *poſt aliquod tempus.*

Denique coniunctiones; copulatiuæ, ac, &; hŏà, và, *interdum etiam,* mà, cũ, ɓôi: *diſiunctiuæ, aut, vel;* hay là, hay: *aduerſatiuæ, etſi, quamuis;* dù mà, dâù mà, tuy là; *tamen;* faŏ, faŏle: *collectiuæ, ergo, quare,* thì, ɓậy thì: *comparatiuæ,* ví bàng; *ſicuti, quemadmodum: dantes rationem,* nam, *quia;* ví chưng, nhin vì ſự áy, *propterea, quapropter: expletiuæ,* át là, thật là, *profectò. & hæc de partibus orationis dicta ſint ſatis ex quadam analogia ad linguam Latinam.*

Quare hoc idioma propriè non habet diſtinctionem generum, quæ ex terminatione colligi poſſit, ſolum in ſenſitiuis, in quibus eſt diſtinctio ſexus, quædam ſunt vocabula, quæ ſolum dicuntur de maribus, alia ſolum de fœminis, nam de auibus, ſóũ, *ſignificat maſculum, vt* gà ſóũ, *gallus gallinaceus;* mái, *fœminam,* gà mái, *gallina: in alijs animalibus quadrupedibus,* ɗực, *eſt maſculus, vt,* bò ɗực, *bos:* cái, *eſt fœmina, vt,* bò cái, *vacca: debet tamen poſtponi, vt habeat illam ſignificationem, nam,* cái, *præpoſitum ſubſtantiuo dicitur de rebus inanimatis & artificialibus, & ferè de omni re materiali, vt,* cái nay, *res hæc:* con, *dicitur de omnibus animalibus, vt,* con gà, *gallina:* con bò, *bos: &c. ſi poſtponitur,* con, *ſignificat paruulum nondum perfectum in illa ſpecie, vt,* gà con, *pullus;* bò con, *vitulus, & ſic de cæteris. de hominibus quamuis,* con, *communiter intelligetur de fœminis, tamen etiam pro maſculis interdum accipitur; ſicuti etiam* vox, đứa, *indifferenter accipitur tam pro maſculis quam pro fœminis, vt,* tôi có hai đứa, một bla một gái *ego habeo duo capita vnum maſculum, vnam fœminam: at,* bla, *ſemper de maſculis dicitur,* gái, *vero de fœminis. ſic* oũ, *de ſolis viris, & de ſolis fœminis,* bà, *dicitur cum honore. at* người *tam de viris quam de mulieribus cum honore:* thâng, *ſolum dici-*

tur

tur de masculis cum contemptu, ut de pueris. De quibuscunque arboribus dicitur, cây, *vt*, cây dừa, *palmæ:* blái *verò de quibuscunque fructibus*, *vt*, blái cam, *malum aureum*: *De præteritis & supinis vide quæ supra dicta sunt cap. de verbis*,

Præcepta quædam ad syntaxim pertinentia.

CAPVT Vltimum.

PRimum: *Nominatiuus debet præcedere verbum, alioquin se subsequatur iam non est nominatiuus illius verbi, vt* mây cười, *tu rides, si dicas ordine inuerso*, cười mây, *ideſt, rident te.*

Secundum: nomen quod sequitur verbum, est casus illius, vt, tôi mến Chúa, *ego amo Dominum; si dicam,* Chúa mến tôi, *ideſt, Dominus amat me:*

Tertium: substantiuum ordinariè præcedit, & sequitur adiectiuum, vt, Chúa cả, *Dominus magnus;* thằng nhỏ, *puer paruulus: dixi ordinariè, hæc enim regula patitur exceptionem, vt,* cả lòng, *magnum cor, ideſt audacter:* cả gan, *magnum hepar, ideſt generosè, est autem modus loquendi potiùs metaphoricus, nam in modo simplici loquendi regula manet.*

Quartum: ex duobus substantiuis simul, quod secundo loco ponitur, est in obliquo, vt, Chúa nhà, *Dominus domus: si dicam,* nhà Chúa, *ideſt, domus Domini.*

Quintum: adiectiua secum deferunt verbum substantiuum, ita vt non sit necesse illud addere, maximè si præcedat aliquod pronomen demonstratiuum: vt, núi nây cao, *mons hic est*

ſte altus: thằng ấy lành, *puer ille eſt bonus, vel etiam aliud ſubſtantiuum vt*, áo mầy cũ, *veſtis tua eſt vetus*: mlòi Chúa thật, *Verbum Dei eſt verax*.

Sextum: *rarò vtuntur coniunctione copulatiua, imò ſine illa, multa ſimul cum elegantia conglobant, vt*, kẻ có đạo thì thức sớm, đọc kinh, lần hột, đi xem lễ, thí cuả cho kẻ khó, làm phúc: *qui habent legem, ideſt Chriſtiani, maturè ſurgunt, recitant preces, roſarium percurrunt, eunt ad ſacrum audiendum, diſtribuunt eleemoſynas pauperibus, faciunt opera bona, hæc omnia poſſent dici cum coniunctione copulatiua, elegantiùs tamen dicuntur ſine illa*.

Septimum: *Nominatiui qui verbis præfiguntur eleganter iterum atque iterum repetuntur, vt*, tôi lạy thầy, toi bới làng mà đến, tôi đã nhạoc, tôi xin xưng tội, toi xin chịu mình Chúa: *ego reuerentiam exhibeo magiſtro ego expago veni, ego ſum defatigatus, ego peto confiteri peccata, ego peto, vt ſuſcipiam corpus Domini. eleganter repetitur illud*, toi, *ego, quod in Latina lingua redundaret*.

Octauum: *quædam particulæ in hac lingua habent emphaſim quæ vix poteſt adæquatè in lingua Latina vnico verbo exprimi, inter quas particulas eſt particula*, thì, *quæ interdum eſt cauſalis, vt*, có muốn thì làm, *ſi vis ergo fac*; có tội thì phải xưng, *habes peccatum ergo debes confiteri*: *interdum eſt diuiſiua, vt*, có kẻ thì lành, có kẻ thì dữ, *ſunt aliqui boni, ſunt alij mali. quando conclamata res eſt dicitur*, thì chớ, *vt*, chẳng nghe thì chớ. *non audit non audiat*: *etiam ad maiorem emphaſim additur particula*, vi, *quæ affirmationi, vel negationi robur addit*; *vt*, chẳng đi thì chớ vi, *non eſt iturus, ſanè non eat*. phải vi, *eſt valde rationi conſonum*: *loco*, vi, *cum inferioribus dicitur*, la, *vt*; phải la, *rectè dicis*.

Denique ſicuti ſupra notauimus, eleganter repeti pronomen tôi, *ego, etiam ſi ſæpius proferatur ſic etiam pronomen*, nó, *in contemptum eleganter repetitur, vt de diabolo ſic loquamur*;

mur; ma quĩ nó nghét ta, nó có nhéo chước dễ̃ làõ người ta, nó đi, nó lai, nó muấn ta sa đia ngục cũ nó, *diabolus ille odit nos, ille habet multas artes ad inducendum corda hominum, ille it, ille redit, ille cupit, vt nos cum ipso in infernum ruamus; illud*, nó, *ille, toties repetitum habet suam emphasim: alia multa vsus ipse docebit, hæc pauca prælibasse, sufficit.*

Errata Corrige.

Pag.1.figuificatur pro fignificatur. cõfcribieur,conſcribitur. pag.3. ệm,êm. pag.5. prolufitanis, pro Lufitanis. pag.6. ɓo,ɓọ. pag.7. v,mê,v mê.guet,nguẹt. âer,aér. pag.9. infcrmus,infirmus. pag.12. hamines,homines.pareicula,particula. pag.13.chi,chị.tôi,tội. pag.17. debct,debet. pag. 18. cũên,cŏên. pag. 20. nẹ,nọ. pag.23. & alibi iêo,yêo.